


2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
2 400 40
Jaña
MADE IN SPAIN

R. 6587
de la libreria del Maior y R.l Colegio Vniu.d de Sta

IVRIS CIVILIS VNIuersi absolutissima Methodus:

IN QVA, BONE LECTOR, NON SOlùm omnes uniuersi Iuris ciuilis Titulos, sed & singulas singulorum titulorum Leges, singulos singularum legum Paragraphos, ordine artificioso ad suos Locos habes redactos & dispositos:

Nunc demum ab ipso Autore in pluribus locis recognita & emendata.

Opus multis retrò annis, à multis doctissimis uiris exoptatum, à multis tentatum, tandem sutoris sumptibus perfectum:

AVTORE NICOLAO VIGELIO
Iurisconsulto.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 2. C. 26. N. 6.

Cum gratia & priuilegio tam Cæsareo quàm Gallorum Regis, ad sexennium.

BASILEAE, PER IOANNEM OPOrinum, & hæredes Ioan. Heruagij.

VERBA CRASSI APVD CICERONEM
Lib.1. de Oratore.

Si enim aut mihi facere licuerit, quod iam diu cogito, aut alius quispiam aut me impedito occuparit, aut mortuo effecerit: ut primùm omne ius ciuile in genera digerat, quæ perpauca sunt: deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiat: tum propriâ cuiusq; uim definitione declaret: perfectam artem iuris ciuilis habebitis, magis magnam atq; uberem, quàm difficilem & obscuram.

GVLIELMVS BVDAEVS IN ANNOTA-
tionibus suis in L.1.ff.de iusticia & iure.

Proinde si quis olim (inquit) feliciore aliquo seculo existat, Bartolo aut alio quopiã primi nominis uiro iurisperitia non inferior, Dialectica atq; instrumento omni philosophico mediocriter instructus, orationis facultate Vlpiani aut Iuliani, Paulíue æmulus, Principem nostro non inferiorem nactus, cuius exemplum atq; autoritatem sequi, & in cuius leges iurare (ut antiquum uerbum usurpem) bona pars Europæ non dubitet. isq; unus, aut plures etiam, præscriptum illud Ciceronianũ, aut aliud non absimile imitati, ex quinquaginta Pandectarum libris & duode cim Codicis, eorumq; appendicibus, adde etiam, si placet, ex Bartoli, Baldi, & reliquorum paucorum amplissimi nominis & primariæ autoritatis cõmentarijs, non iam centones ut Tribonianus (uir alioqui doctissimus sui seculi, si Suidæ credimus) sed iuris artem componant, sanctionesq; legum, consulta senatus, edictorum interpretamenta, iurisconsultorum placita, interpretum decreta, in mores recepta æquitate prægrauãtia, omnia nunc uaga & sparsa, ac nulla certæ artis ratione circumscripta, ratis fixisq; iustæ artis præceptis, quatenus rei natura tulerit, quasi quibusdam cancellis circundata concludant: profectò res humanæ longè melius constitutæ uidebuntur, &c.

DE RATIONE ET VSV HVIVS METHODI, PRAEFATIO NICOLAI VIGELII IVRISCONSVLTI, Ad Lectorem.

TRANSMISERAM Oporino primam huius Methodi partẽ excudendam: dedi eidem post aliquot menses secundam quoque, & tertiam: tandem defatigatus labore, cessare decreuerã, quòd labor magnus esset, præmia nulla. Veruntamẽ instante Oporino, hortãtibusq; alijs meis amicis, in labore proposito perseueraui, & Opus susceptum perfeci. Habes itaq; bone Lector, uniuersi iuris ciuilis Methodũ, quoad in tam breui tẽporis spacio à me fieri potuit, absolutã. Ordinem aũt in conscribenda hac Methodo & in legibus disponendis secutus sum, quem ipsa dictare ratio, & Dialectica præscribere uidebatur. Nam cum Methodus spectet ad facilem Iuris cognitionem: qui scit rei, de cuius iure quæritur, definitionem, hoc est, quid res sit, itẽ quę sint eius genera, quę species, quæ propria, quæ causæ eius adquirendæ, quæ causæ eius amittẽdæ, qui effectus, &c. itẽ si de iure actionis quęratur, qui præter prædicta etiã scit, quibus & aduersus quos ista actio competat, uel non competat: quid in ea ueniat petendum, quando & quandiu competat: quæ sint in ea actoris, rei, procuratoris & iudicis officia, quæ adfinia remedia, &c. is eius iuris mihi uidetur plenã habere noticiam. Nam & eiusmodi locos rerum, actionumq; describendarum Dialectici præscribunt, à quibus etiam eorum definitiones sunt petẽdæ. Nec enim huius loci est, copiosius explicare quid definitio sit, quid genus, quid species, quid proprium, quid causa, quid effectus, &c. Nam hæc iuris studiosum, antequam ad iuris studium accedat, ex Dialecticis scire conuenit. Dialectica siquidem docet quid sit definitio, quid causa, quid effectus: Leges autem docent, quę huius uel illius rei uel actionis definitio sit, quæ eius causa, qui effectus, &c. Planè, qui scit quidem causam amittendę adgnationis esse capitis deminutionem, hoc est, capitis deminutione ius adgnationis perimi: nescit autem quid sit capitis deminutio, quid agnatio: eius scire nihil est. quemadmodum & eius, qui scit quidem effectum damnationis capitali iudicio olim fuisse publicationem bonorum, hoc est, ut bona damnati publicentur: nescit autem id ius, eum effectum postmodum alio iure esse mutatum. Pari modo qui scit quidem causam adquirendi dominij esse diutinam possessionẽ, hoc est diutina possessione rem alienam nobis adquiri: nescit autem casus, quibus istud ius seu ista causa distinguitur: nempe, Nisi possessor malã fidem habeat, nisi res sacra possideatur, nisi res furtiua sit, &c. is plenam eius causæ cognitionem non habet. quemadmodum nec is, qui scit quidem ex furto actionem in quadruplum dari, nescit autem eam actio-

nem neq; hæredi neq; in hæredem cõpetere, &c. Ad ſolidam igitur cuiuſq; rei cognitionem duo requiruntur· primum eſt, ut ſcias rei, de cuius iure quæritur, definitionẽ, diuiſionẽ, propria, cauſas, effectus, &c. item actionis perſonas, res, locũ, tempus, antecedẽtia, adiuncta, conſequentia, adfinia remedia, &c· alterum eſt, ut ſcias ſingulorũ talium locorũ rationes, declarationes, diſtinctiones, & ſi quæ ſunt mutationes, quæ omnia nobis à legibus traduntur· Nam omnis lex pertinet aut ad perſonã, rem uel actionem aliquã deſcribendam: quod fit (ut diximus) definiendo, diuidendo, propria, cauſas, effectus, &c. deſignando· aut ad aliam legem interpretandam: quod fit cõfirmando, declarando, diſtinguendo, & mutando, de quibus uide infrà in Præfatione mea in ſeptimã partem Methodi· Ex quibus ſequitur, legum alias eſſe principales, quæ ad perſonã, rem uel actionẽ aliquam deſcribendã pertinent: alias acceſſorias, quæ pertinent ad leges principales interpretãdas: nec has ſine illis, nec illas ſine hiſce rectè & plenè cognoſci poſſe, nec igitur acceſſorias à principalibus ſeparandas. Proinde ego in hac Methodo mea, toto iure ciuili in certa genera diſtributo, ſingulisq; generibus ſuis ſpeciebus ac mẽbris ſubiectis (ut infrà ex ſubiecta Tabula & Præfatione in primã partem cognoſcere licet) ſingulorũ membrorũ definitiones, diuiſiones, ſpecies, propria, cauſas, effectus, &c. item actionũ circumſtantias, quibus & aduerſus quos competant, quid in eas ueniat, quando & quamdiu cõpetant, &c· ordine per numeros ac nomina notaui, locisq; iſtis ſingulis ſuas leges, quibus uel cõfirmãtur, uel declarãtur, uel diſtinguũtur, uel mutantur, ſubieci: in diſtinctionibus ordine circumſtantiarũ, ex quibus ſumũtur, ſeruato: ut per uniuerſam hanc Methodũ licet uidere. Iſto igitur ordine leges diſpoſitas ſi quis ſemel atq; iterũ perlegat, is mea quidẽ ſententia uel intra priuatos parietes, ſine ulla peregrinatione, & ſine cõmentatore ullo (quoniã lex legẽ declarat & interpretatur) intra paucos etiã annos haud exiguam iuris ciuilis cognitionem aſſequetur. Sanè Methodus hæc, & iura intra priuatos parietes legentibus, & ea in Scholis profitẽtibus, & cauſas in foro pertractantibus, & de iure reſpondentibus, plurimũ poterit prodeſſe. Nã ualet ad ſolidam uniuerſi iuris cognitionẽ, ad ſingularũ legũ interpretationẽ, ad exceptiones & replicationes in cauſis latẽtes indagandas, denique ad ius quæſtionis oblatæ inueniendũ· Ad ſolidam uniuerſi iuris cognitionẽ facit ea ratione, quã paulo antè dixi: ad ſingulas leges interpretandas & intelligendas facit, quia leges acceſſoriæ ſuis principalibus, ſine quib· rectè intelligi nequeunt, ſunt ſubiectæ· Nã ut in ædificio compoſito & erecto, ſingularũ eius partiũ uis atq; officium facilè patet omnibus, q; tamen diſſoluto ædificio, ſingulisq; partibus diſperſis, haud facilè ab eius artis imperito intelligitur: ita quoq; in iure ciuili, ſingularũ legum uis & officiũ tum demũ facilè percipi poteſt, cũ eæ recto ordine diſpoſitæ ſunt, & ad ſuos locos redactæ· Ad exceptiones & replicationes in cauſis latẽtes inueniẽdas hæc Methodus

dus prodeſt hac ratione: quia actione aliqua propoſita, oẽs eius diſtinctiones ei ordine ſunt ſubiectæ: quib. ita perlectis, cognitis, & ad cauſam præſentem collatis, facilè utrũ aliqua iſtarũ cauſæ inſit, ex qua excipiendi materia ſumẽda eſt, poteſt intelligi. Similiter exceptione uel diſtinctione aliqua propoſita, eius ſubdiſtinctiones ſubiectas cernere licet, in quibus replicandi materia quærenda eſt. Ad quæſtionẽ iuris decidẽdã ualet hæc Methodus, hoc modo. Primùm notãda erit res de qua quæritur: ut emptio, uenditio, depoſitum, furti actio, &c. cuius liber uel caput in hac Methodo erit quærendũ, ad quod Catalogus capitũ poterit prodeſſe. Eò ſi erit peruentũ, altera cura erit, ob ſeruare de quo loco deſcriptionis quæratur: hoc eſt, utrũ de definitione, proprio, cauſa uel effectu, &c. quo obſeruato, quærendũ erit mẽbrum inuenti capitis, uel caput ſequens, quod eiuſmodi locum explicat, propria, cauſas uel effectus rei enumerat, &c. ubi facilè, id quod quæretur, inuenietur· Exẽpli gratia. Fecit quis teſtamentũ trib. hæredibus inſtitutis, primo, ſecundo & tertio: à primo legauit Titio centũ: poſtea mortuo teſtatore, primus hæreditatẽ repudiat: quæritur, An legatum ab eo relictũ euaneſcat? Res de qua hic quæritur, eſt legatũ, de quo tractatur lib. 12. huius Methodi cũ ſequentibus. Locus de quo quæritur, eſt cauſa legati amittendi: an ſcilicet legatũ amittatur uel euaneſcat, ſi is à quo relictũ eſt, hæreditatẽ repudiat: de cuius generis cauſis tractatur cap. 5. dicti lib. 12. ibi ſtatim ab initio occurrit uerſ. Si is à quo legatũ eſt, hæres nõ exiſtat: cuius leges conſulendæ ſunt. Aliud exemplũ, Titius cum Seio uiginti in diẽ deberet, uendit bona ſua, fugamq; adornat. Seius petit ſibi caueri de uiginti ſoluẽdis die uenïente. Titius excipit, ante diem agi nõ poſſe. Seius replicat: Si nõ ad interponendã cautionem ageret. Titius, ne hoc quidẽ caſu ante diem agi poſſe ait. Lis oritur de iure replicationis, nimirũ Vtrum quis ante diem ſolutionis de interponẽda cautione agere poſsit? Res de qua quæritur, eſt Actio: cuius iura tractãtur lib. 15. huius Methodi, cap· 3. Locus de quo quæritur, eſt tempus actionis, quãdo ſcilicet cõpetat actio, Vtrũ ante diem exiſtentẽ: qui locus tractatur mẽbro. ix. dicti capitis. Quod membrũ perlegenti, ſtatim ab initio occurret uerſ. Si ante diem obligationis, &c· cuius leges ſi cõſulantur, una occurret, quæ quæſtionem propoſitã decidat. Aliud exemplũ. Maritus & uxor in eadem charta, ſua teſtamenta fecerũt, ijſdem hæredib. inſtitutis: mortuo marito, uxor ſuperſtes ſuum teſtamentũ mutat. quæritur, an iure poſsit, ſeu an poſterius mulieris teſtamentũ rũpat prius cum marito factũ? Res de qua hic quæritur, eſt teſtamentum, de quo tractatur lib· 9 huius Methodi. Locus de quo quæritur, eſt cauſa amittendi uel rumpendi teſtamenti, an ſcilicet teſtamento poſteriore rumpatur prius. de cuius diſtinctione quæritur, ſi prius cum marito, poſterius ſine marito, uel mortuo marito factum eſt: de cuius generis cauſis tractatur capite 12. dicti lib. 9. ubi ſtatim ab initio occurrit uerſ. De mutata uoluntate teſtatoris, & teſtamento poſteriore: ad

quem locum præſens quæſtio pertinet, cuius uerſiculi leges ſi percurrantur, nulla occurret quæ diſtinctionis, de qua hic quæritur, faciat mentionem. Quotiens autem lex non diſtinguit, tunc nec nos diſtinguere debemus, ſed regulæ ſtabimus: ut in præſenti caſu. Teſtamẽto poſteriore prius rumpi. Si igitur eo quo dixi modo in quærendo iure quæſtionis oblatæ procedatur, Methodus hæc ius de quo quæritur, deſignabit, eritq; illud ex hac Methodo inuentu facile: haud aliter ac in numeroſa ſupellectile ſingulis ſuo loco & cellula repoſitis, quæ alioquin ſi inter ſe diſperſa iacerent, inuẽtu eſſent difficilia. Hoc autem loco notandum eſt, quæſtionem, cuius ius quærere uolumus, non in perſonis, nec temporibus, ſed in genere uniuerſo formandam & conſiderandam eſſe: ſiquidem ipſa iura non in ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituuntur. Eſt & illud hoc loco non diſſimulandum, quòd numerus legum in hoc opere meo aliquando fallat, nec legem quam debet demonſtret. Cuius ſanè ratio hæc eſt, quòd numerus legum in alijs exemplaribus alius ſit, cum ſæpè quę in alio exemplari lex eſt, in alio legis ſit paragraphus: & uice uerſa, qui in alio paragraphus eſt, in alio lex ſit. aliquãdo etiam idem paragraphus in alio exemplari finalis eſt, in alio legis principium. Proinde in hoc caſu hæc tibi, bone Lector, cautela erit, ut ſi quando ob iam dictam rationem numerus legum non concordauerit, nec materiã monſtrauerit quæſitam, tunc aut recurras ad legem primam, uel alteram proximè præcedentem, aut ad ſubſequentem procedas, atq; ibi id quod cupis quæras: quæ ſanè inquirendarum legum uia non tam uidetur mihi eſſe moleſta, quàm ab initio tituli interdum longiſſimi uſq; ad eius finem ſingula legum principia perluſtrare: quod faciendum eſt, cum lex per prima eius uerba deſignatur. Sed & hoc te uelim admonitum, ut ſi quando in aliquo capite titulus deſignatur, non deſignato libro in quo titulus iſte contineatur, eius libri qui in principio capitis deſignatus eſt, titulum intelligas. Euenit tamen aliquando, ut in principio capitis nec liber nec titulus ſit deſignatus: quo caſu, eius capitis leges, eius libri eſſe intelligas qui in initio cap. precedentis eſt deſignatus. Hæc, bone Lector, tui gratia, ne fortè errares, diſſimulare non potui. Hanc igitur Methodum meam, ad ius oblatæ quæſtionis inueniendum, ad exceptiones in cauſis latentes indagandas, ad ſingulas leges intelligẽdas, denicq; ad uniuerſum ius ciuile cognoſcendum, plurimum tibi (ut ſpero) profuturam, nec meæ, ſed tuæ utilitatis cauſa editam, grato accipe animo: & labores meos ſummos, ſummamq; diligentiam, in meliorem partem interpretare. Vale.

TABVLA, LIBRORVM SERIEM AC ORDINEM COMPLECTENS.



CATALOGVS CAPITVM HVIVS METHODI.

Libri primi: De legibus, magistratibus, & iudicijs publicis.

De Iure & legibus. Cap. 1
De Iuris speciebus. 2
De rescriptis Principum, & supplicationibus. 3
De Magistratibus & iudicibus. 4
De Imperatore & Augusta. 5
De Magistratibus Vrbis Romæ. 6
De Magistratibus Prouinciarum. 7
De uicarijs, apparitoribus & ministris iudicum. 8
De publicis iudicijs. 9
Causæ ex quibus competunt publica iudicia, & de Abolitionibus. 10
Quid ueniat in iudicia publica, & de pœnis. 11
Actus iudiciorum publicorum. 12
De quæstionibus & tormentis. 13
Euentus & consequentia publicorum iudiciorum, reo absoluto. 14
Euentus reo damnato. 15
De publicatione bonorum. 16
De infamia. 17
De pœnæ remissione: item euentus reo restituto. 18
De crimine læsæ maiestatis. 19
De crimine peculatus, sacrilegij, & de residuis. 20
De ui publica & priuata. 21
De raptu fœminarum. 22
De sicarijs & ueneficis, item de parricidis. 23
De plagiarijs. 24
De adulterijs & stupro. 25
De falsis. 26
De maleficis & artibus prohibitis. 27

Libri secundi: de iudicijs priuatis.

De iudicijs. Cap. 1
De iudice. 2
De assessoribus & ministris iudicum. 3
De postulantibus & aduocatis. 4
De procuratoribus. 5
De defensoribus, item de actore & reo. 6
De re litigiosa, & in iudicium deducta. 7
De in ius uocando. 8
De edicto peremptorio. 9
Si per alium steterit quominus uocatus in iudicio sistat. 10
Si quis in ius uocatum ui exemerit. 11
De edendo. 12
De dilationibus. 13
De exceptionibus dilatorijs opponendis. 14
De cautionibus & satisdationibus hinc inde præstandis. 15
Rem ratam haberi, & de ratihabitatione. 16
Iudicio sisti. 17
Iudicatum solui. 18
De litis contestatione, & de iureiurando propter calumniam dando. 19
De probationibus. 20
De instrumentis. 21
De testibus. 22
De iureiurando. 23
De interrogationibus in iure faciendis, & de confessis. 24
De causæ cognitione, & relationibus. 25
De sententia formanda & pronuncianda. 26
De appellationibus. 27
De re iudicata. 28
De actione iudicati. 29
De exceptione rei iudicatæ. 30
De executione rei iudicatæ, & si quis ius dicenti nõ obtemperauerit. 31
De sumptibus & expensis litis uictori restituendis. 32
De exceptione quod quisq; iuris in alterum statuit, ut ipse eodem iure utatur. 33
De compromissis. 34
De actionibus ex compromisso competentibus. 35
De missione in possessionem bonorum rei seruandæ causa. 36
De actionibus ob fructus perceptos, causam possessionis deteriorem factam, & sumptus factos à creditoribus missis. 37
De curatore bonis dando. 38
De uenditione bonorum debitoris. 39
De separationibus. 40

Libri tertij: de reliquis quæ sunt iuris publici.

De re Ecclesiastica & religionis. Cap. 1
De clericis & monachis. 2
De rebus Ecclesiæ. 3
De actibus Ecclesiasticis & religionis. 4
De iure Imperatoris & fisci. 5
De personis seu familia Imperatoris & fisci. 6
De nunciatione & delatione ad fiscum. 7
De actionibus fisci, & probationibus. 8
De censibus & tributis. 9
De uectigalibus & commissis. 10
De administratione & alienatione rerum fiscalium. 11
De re militari, & primùm de personis militiæ. 12
De rebus & actibus militaribus. 13
De iure ciuitatum, & primùm de Magistratu municipali. 14
De decurionibus & curialibus. 15
De legatis & legationibus. 16
De actore uniuersitatis, uel Syndico & curatore reipub. 17
De ciuibus, & alijs ciuitatum personis, necnon de collegijs & corporibus. item de feriis. 18
De pollicitationibus & legatis ciuitatis. 19
De priuilegijs ciuitatum. Item de alienatione & locatione rerum ciuitatis, nec non de actionib. aduersus ciuitatem competentibus. 20
De re frumẽtaria. Item de operibus publicis & priuatis, & de aquæ ductu. 21
De muneribus & honoribus. 22
De excusationibus & immunitatibus. 23
Euentus iniuncti & suscepti muneris. Item officia & iura suscipientis. 24
De cursu publico. 25

Libri quarti: de iure inter maritum & uxorem, item inter parentes & liberos.

De sponsalibus. Cap. 1.
De nuptijs. 2
De secundis nuptijs. 3
De solutione matrimonij. 4
De iure dotium. 5
De actionib. quæ marito dotis nomine cõpetunt. 6
De repetitione dotis. 7
Reliqua dotis iura. 8
De donatione ante uel propter nuptias. 9
De donatione inter uirum & uxorem. 10
Reliqua iura inter maritum & uxorem. 11
De conch[illegible]gis. 12
De patria potestate. 13
De castrensi peculio. 14
De causis ex quibus patria potestas adquiritur, & de actionibus alijsq; remedijs, quibus quis filius alicuius dicitur uel negatur. 15
De adoptionibus. 16
De emancipationibus, & alijs causis quibus patria potestas amittitur. 17
De naturalibus liberis. 18

Libri quinti: de dominica potestate, & iure patronatus.

De potestate dominorum in seruos, deq; seruitute. Cap. 1.
De peculio seruorum & filiorum familiâs. 2
De statu liberis. 3
Causæ ex quibus seruitus constituitur, & dominica potestas adquiritur. 4
Causæ ex quibus dominica potestas amittitur, & libertas seruo adquiritur. 5
De manumissione. 6
Causæ ex quibus manumissio ex post facto fit irrita, & libertas testamento uel per fideicommissum relicta euanescit. 7
De liberali causa, & si seruus in libertatem proclamat. 8
Si quis ex libertate in seruitutem petatur. 9
De agricolis & colonis. 10
De iure patronatus & libertinitatis. 11
De iure accusandi libertum ut ingratum. 12
De operis libertorum. 13
De successione in bona libertorum. 14
De contra tabulas bonorum possessione patroni. 15
De actione Fauiana & Calui[illegible]ana. 16
De amittendo iure patronatus. 17
De causa si libertus se ingenuum dicat. 18

Libri sexti: de tutela & curâ.

Descriptio tutelæ & curæ, tutorum & curatorum. Cap. 1
De testamentaria tutela. 2
De legitima tutela. 3
De tutore & curatore petendo. Item de Attiliano tutore, & eo qui à magistratu datur. 4
De excusationib. tutorum & curatorum. 5
De suspectis tutoribus & curatoribus postulandis ac remouendis. 6
Causæ seu modi quibus tutela & cura finitur. 7
De officijs tutorum & curatorum, & primùm de satisdatione rem pupilli saluam fore, nec non de inuentario faciendo. 8
De officijs tutorum in tutela. 9
De rebus minorum sine decreto non alienandis. 10
De autoritate ei quod gerit pupillus à tutore accõmodanda. 11
De eo quod falso tutore autore gestum est. 12
Officia tutorum post finitam tutelam. 13
De actione tutelæ. 14
De rationibus distrahendis actione. 15
De actione ex stipulatu rem pupilli saluam fore. 16
De subsidiaria actione aduersus magistratum. 17
De contratria tutelæ actione. 18

Libri septimi: de dominio, possessione, usufructu & usu.

De dominio. Cap. 1
De rei uindicatione. 2
De publiciana in rem actione. 3
De possessione. 4
De usufructu. 5
De usufructu amittendo. 6
Vsusfructus amissus ad quos reuertatur, et de usufructu adcrescendo. 7
De actione quæ pro usufructu datur tam personalis quàm in rem confessoria. 8
De actione proprietarij aduersus fructuarium: & de actione in rem negatoria. 9
De cautione usufructuarij, & reliquis eius officijs. 10
De iure usufructuarij & proprietarij. 11
De usu, habitatione & operis seruorum. 12

Libri octaui: de seruitutibus, & reliquo iure rerum.

De seruitutibus in genere. Cap. 1
De seruitutibus prædiorum in specie. 2
De itinere, actu & uia. 3
De aquæductu. 4
De aquæ haustu. 5
De rebus sacris, sanctis & religiosis, cum suis actionibus. 6
De rebus & locis publicis, cum suis actionibus. 7
De actionibus popularibus. 8
De rebus priuatis tam proprijs & communibus, quàm alienis. 9
De actione tam confessoria quàm negatoria. 10
De operis noui nunciatione. 11

Quod

Quod ui aut clàm. 12
De precario. 13
De damno infecto. 14
De aqua pluuia arcenda. 15

Libri noni, de hereditate & bonorum possessione ex testamento.

De hæreditate & bonorũ possessione in genere. C.1.
De testamentis. 2
De ordinandis testamentis: & primùm qui testamenta ordinare possint, uel non? 3
De testibus testamenti. 4
De modo testandi. 5
De institutione hæredum. 6
De substitutione uulgari. 7
De substitutione pupillari. 8
De exhæredatione. 9
De præteritione. 10
De iniusto testamento. 11
De rupto & irrito testamento. 12
De testamento militari. 13
Quibus ex testamento competat hæreditas. 14
Quid quantumq; hæreditatis cuiq; ex testamento cõpetat, & de iure adcrescendi. 15
De testamenti tabulis aperiendis, inspiciendis, & describendis. 16
De codicillis 17

Libri decimi, de hereditate & bonorum possessione ab intestato, nec non de heredum officijs.

Causæ ex quibus hæreditas & bonorum possessio ab intestato competit. Cap.1
Quibus competat ab intestato hæreditas: et primùm de successione liberorum. 2
De successione filiorũ in bona matris defunctæ, seu de senatusc. Orphitiano. 3
De coniungendis cum emancipato liberis. 4
De successione parentũ, & de Senatusc. Tertulliano. 5
De successione cognatorum & adgnatorũ. 6
De cognatis & adfinibus. 7
De reliquorum successione. 8
Quid quantumq; hæreditatis ab intestato nomine cõpetat? 9
De iure deliberandi. 10
De adeunda & agnoscenda hæreditate: & de pro hærede gerendo. 11
De tempore adeundæ hæreditatis, petendæ bonorũ possessionis, & de successorio edicto. 12
De repudianda & amittenda hæreditate. 13
De uindicanda morte defuncti, & quæstione de familia necatorũ habẽda, & supplicio sumendo. 14
De collatione bonorum. 15
De collatione dotis & antenuptialis donationis. 16

Libri undecimi, de actionibus quæ pro hereditate competunt.

De petitione hæreditatis. Cap.1
Quid & quantũ ueniat in hæreditatis petitionẽ. 2
Reliqua de petitione hæreditatis. 3
De inofficioso testamento. 4
Reliqua de inofficioso testamento. 5
De contra tabulas bonorum possessione. 6
De uentre in possessionem mittendo. 7
De Carboniano edicto. 8
De interdicto quorum bonorum: & de missione ex l. 3. C. de edicto D. Hadriani. 9

Libri duodecimi, de legatis & fideicommissis.

Descriptio legatorũ & fideicommissorum. Cap.1
De legatis inutilibus. 2
Causæ ex quibus legatum, legatiq; actio euanescit atque amittitur: & primùm de ademptione & trãslatione legatorum. 3
Causæ legatum amittendi in persona legatarij consistentes. 4
Causæ legatum amittendi in persona eius à quo relictum est consistentes. 5
Causæ amittendi legatũ in re legata consistentes. 6
Causæ amittendi lega. consistentes in causa, modo & conditione legati. 7
Causæ legat. amitt. consistentes in testamento in quo legatum est, & in hæreditate ex qua legatum debetur. 8
Legatum amissum ad quos deuoluatur: quid & quantum à legatario restituendum. item euentus deuolutionis. 9

Libri decimitertij, de actione legatorum, cum adfinibus remedijs. item de L. Falcidia, & de senatusc. Trebelliano.

De actione legatorum: & primũ causæ huius actionis: item ubi & apud quem competat? Cap.1
Quibus competat actio legatorum? 2
Aduersus quos competat hæc actio? 3
Quid, quale & quantũ ueniat in hanc actionem. 4
Quando competat hæc actio: item quando dies legatorum cedat? 5
Adiuncta officia actoris, rei conuenti, & iudicis, in hoc iudicio. 6
Adfinia remedia huius actionis. 7
De cautione & in rem missione legatorum nomine. 8
Si quis omissa causa testamenti ab intestato uel alio modo possideat hæreditatem. 9
De legatis præstandis contra tabulas bonorum possessione petita 10
De lege Falcidia. 11
De computatione & æstimatione bonorum huius legis gratia facienda. 12
De senatusconsulto Trebelliano. 13
De translatione actionũ hæreditariarum in fideicõmissarium. 14

Libri decimiquarti, de reliquis legati speciebus: item de Donationibus & usucapionibus.

De conditionibus & legatis conditionalibus. Cap.1

De

De seruitute legata. 2
De annuis legatis. 3
De alimentis legatis. 4
De dote relegata. 5
De optione uel electione legata. 6
De liberatione legata. 7
De peculio legato. 8
De donationibus. 9
De mortis causa donatione. 10
De usucapionibus: 11
Distinctiones ex causa possessionis. 12

Libri decimiquinti: de pactis & transactionibus, obligationibus & actionibus in genere.

De pactis. Cap.1
De transactionibus. 2
De obligationibus & actionibus in genere. 3
Quamdiu competat actio: & de temporalibus præscriptionibus. 4
Quid ueniat in actione. 5
De usuris, fructibus, & omni causa. 6
De certi conditione & condict. triticaria. 7

Libri decimisexti: de obligationibus quæ re contrahuntur.

De mutuo, & eius conditione. Cap.1
De exceptione senatusconsulti Macedoniani. 2
De commodato, & eius actione. 3
De depositio, & eius actione. 4
De pignoribus & hypothecis, cum suis actionib. 5
Effectus & iura tam debitoris quàm creditoris in pignore. 6
De actione hypothecaria. 7
De actione pignoraticia tam directa quàm contraria. 8
De interdictis de migrando & Saluiano. 9

Libri decimiseptimi: de uerborum obligationibus.

De uerborum obligatione in genere. Cap.1
De inutilibus stipulationibus. 2
De actione & stipulatu. 3
De prætoriis stipulationibus. 4
De eo quod certo loco dari oportet. 5
De stipulatione seruorum. 6
De duobus reis stipulandi & promittendi. 7
De fideiussoribus & mandatoribus. 8
De actione mãdati quæ competit fideiussori uel mandatori aduersus eum pro quo interceßit. 9
De constituta pecunia. 10
De exceptione Senatusconsulti Velleiani. 11

Libri decimioctaui: de emptione & uenditione, cum suis actionibus.

De emptione & uenditione. Cap.1
De rescindenda uenditione. 2
Euentus uenditionis: item de periculo & commodo rei uenditæ. 3
De actione empti. 4
De actione redhibitoria. 5
De actione æstimatoria Quanto minoris. 6
De actione, si res aliena uendita sit & euicta. 7
De actione duplæ ex stipulatu. 8
De actione uenditi. 9
Si mancipium ita uenierit ut exportetur, uel manumittatur, uel ne prostituatur. 10
De lege commissoria. 11
De in diem addictione. 12
De hæreditate uel actione uendita. 13
De rerum permutatione. 14

Libri decimononi: de reliquis obligationibus quæ consensu contrahuntur, cum suis actionibus.

De locatione & conductione. Cap.1
De actione ex conducto. 2
De actione ex locato. 3
De iure emphiteutico. 4
De locatione operis faciendi, cum suis actionibus. 5
De actione ex L. Rhodia de iactu. 6
De societate & actione pro socio. 7
De mandato, & eius actionibus. 8

Libri uicesimi: de contractibus innominatis, & quasi contractibus.

De præscriptis uerbis & in factum actionibus. item de condictione ex lege. Cap.1
De negotijs gestis. 2
De funeraria actione. 3
Familiæ erciscundæ. 4
De rerum hæreditariarum diuisione. 5
Communi diuidundo. 6
De rerum communium diuisione 7
Finium regundorum cum adfinibus remedijs. 8
Si mensor falsum modum dixerit. 9
Ad exhibendum. 10
De tabulis exhibendis. 11

Libri uicesimiprimi: de negocio quod cum eo qui in aliena potestate est, gestum esse dicetur.

Quod cum eo qui in aliena potestate est, gestum esse dicitur. Cap.1
De exercitoria actione. 2
De institoria actione. 3
De tributoria actione. 4
De actione de peculio. 5
De in rem uerso. 6
Quod iussu. 7

Libri uicesimisecundi: de quatuor maleficiorum generibus, cum suis actionibus.

De pœnalibus actionibus in genere. Cap.1
De furtis. 2
De furti actione. 3
De condictione & uindicatione rei furtiuæ. 4
Vi bonorum raptorum. 5

De

De actione legis Aquiliæ. 6
De iniuriarum actione. 7

Libri uicesimitertij: de reliquis maleficijs, & præcedentium actionum adfinibus remedijs.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Cap.1
De noxalibus actionibus. 2
Si is qui testamento liber esse iussus est, post mortem domini ante aditam hæreditatem quid ex ea surripuisse aut corrupisse dicatur. 3
Rerum amotarum. 4
Quorum legatorum. 5
Expilatæ hæreditatis. 6
De actione in factum aduersus publicanos. 7
De actione in factum aduersus nautas, caupones, stabularios. 8
De damno in turba dato. 9
De incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata. 10
De libero homine exhibendo. 11
Serui corrupti. 12
De abigeis. 13
Arborum furtim cæsarum. 14
De tigno iuncto. 15
De actione in factum, de deiecto & effuso: item de posito & suspenso. 16
De interdicto unde ui. 17
Ne uis fiat ei qui in possessionem missus est. 18
De interdicto Vti possidetis, itē de superficiebus & utrubi. 19
De interdictis in genere. 20
De reliquis delictis & criminibus. 21
De crimine stellionatus. 22

Libri uicesimiquarti: de exceptionibus, in integrū restitutionibus, & similibus remedijs.

De exceptionibus. Cap.1
De in integrum restitutionibus. 2
De eo quod metus causa gestum est. 3
De dolo malo. 4
De minoribus uiginti quinq; annis. 5
De in integrum restitutione propter absentiam, & de reliquis in integrum restitutionum causis. 6
De ignorantia iuris & facti. 7
De condictione indebiti. 8
De condictione sine causa. 9
De condictione causa dati, causa non secuta. 10
De non numerata pecunia. 11
De condictione ob turpem uel iniustam causam. 12
De actione in factum, de calumniatoribus. 13
De alienatione iudicij mutandi causa facta. 14
De actione Pauliana, si quid in fraudem creditorum alienatum est. 15

Libri uicesimiquinti: de liberationibus, capitis deminutione, captiuitate, & postliminio, cum duobus titulis generalibus.

De liberationibus in genere. Cap.1
De solutionibus. 2
De acceptilatione. 3
De nouatione & delegatione. 4
De litis contestatione, & si res semel in iudicium deducta sit. 5
De cessione bonorum. 6
De confusione obligationum. 7
De rei debitæ interitu. 8
De reliquis causis liberationum. 9
De capitis deminutione. 10
De captiuitate. 11
De postliminio. 12
De uerborum & rerum significatione. 13
De regulis iuris. 14

IN LIBROS FEVDORVM Capita.

De feudo. Cap.1
De perditione feudi, quæ datur uasallo. 2
De repetitione feudi, quæ datur domino. 3

RATIO IVDICANDI DE causis forensibus, unà cum subiectis Paradoxis.

Præcipua litium diuturnitatis causa in iudice sita, & quòd iudicandi ratio triplex. Cap.1
De prima iudicandi ratione. 2
De secunda. 3
De tertia, & de statu indagando. 4
De examine probationum. 5
Omnes controuersias ad uniuersi generis uim ac naturam referendas. 6
Verba Antonij apud Ciceronem lib. 2. de Oratore. 7
Effectus tertiæ & postremæ iudicandi rationis. 8
De causis extraordinarijs, & officio iudicis. 9
De ijs quæ ipso iure nulla sunt. 10

PARADOXA.

Omnis causa ex qua uel agitur uel excipitur, in tria uerba contrahi & potest & debet, in iudicando. 1
De actione & exceptione rectius iudicari nequit, quàm si ea in formam syllogismi uel enthymematis redigatur. 2
Ad omnem actionem & exceptionem propositam apertius ab aduersario responderi nequit, quàm aut negando uel factum uel ius propositum, aut distinguendo. 3
Iudex nisi statum controuersiæ in iudicando obseruauerit, certò pronunciare non potest. 4
Causa non in personis, nec temporibus, sed in genere uniuerso à iudicibus consideranda est. 5
Dilatio amplius quàm semel dari non debet. 6

CATALOGI CAPITVM FINIS.

METHODI IVRIS CIVILIS PARS PRIMA: DE IVRE PVBLICO.

AD D. REINHARDVM SCHEFFERVM, ILLVSTRISSIMI HESSORVM PRINcipis Cancellarium, NICOLAI VIGELII Præfatio.

DHVC in ijs quæ dudum mihi proposui, Vir clarissime, persisto, nimirum in Legū ordine conficiendo, iurisq; usu aperiendo: quorum illud ad facilem legum cognitionem, hoc ad lites legitimo tempore expediendas spectat. Etsi autē utrunq; ualde necessarium est tam in iure quàm in iudicijs: tamen alterum profitendo, eos quos maximè meis conatib. fauere expediebat offendi: adeò nō solum difficile, sed & periculosum est, annosam transplantare arborem. Superest autem mihi aliud expellendę litium diuturnitatis cōsilium minus periculosum, quod te, uir clarissime, ad cuius curam atq; officium, ut iudicia rectè constituta sint pertinet, celare non possum. est autem tale. Moris est ijs qui Iura hoc tempore in Scholis profitētur, ad exercendā iuuentutem suā, theses quasdam legibus definitas ac certas in utranq; partē disputandas proponere: estq; maxima ingenij laus, posse quàm acutissima aduersus leges inuenire argumēta, qua ratione studiosi sese adsuefaciunt leges certas incertas reddere, cauillari & dubitare de omnibus. Non potest omnium quæ à maioribus constituta sunt ratio reddi: multaq; in iure ciuili, contra strictam disputādi rationem pro utilitate cōmuni recepta esse, innumerabilibus rebus probari potest, inquit Iulianus iurisconsultus. Ideoq; rationes eorum quę constituuntur non inquiri leges uolūt, ne multa ex ijs quæ certa sunt subuertantur. Nā omnis definitio in iure ciuili periculosa est: rarū est enim ut subuerti non possit. ideoq; leges obseruandę, nō disputandę sunt. Est enim sacrilegij instar (Imperator inquit) de iudicio principali disputare. Dicto igitur disputandi more sublato, aliam disputandi rationem in locum eius subrogandam duxerim: nempe ut causa aliqua consimili earū causarum quæ in iudicia deducuntur proposita, unus actoris, alter rei cōuenti, tertius denicq; iudicis partes sustineat. Cōuenit enim exercitia quàm simillima esse ei rei cuius gratia instituuntur. Cum aūt causæ tam actionum quàm exceptionum nihil aliud sint quàm rationes & argumenta propositarum actionum, exceptionumq; actori quidem ad agendum, reo autem ad excipiendum & defendendum istiusmodi rationes & argumenta in circumstantijs causæ quærenda erunt, inuentaq; non longioribus formulis (ut in iudicijs fieri solet) sed breui syllogismo uel enthymemate ab eis proponenda, ijsq; propositis ab aduersario respondendum erit uel negando ea, uel distinguendo. Is quoq; qui iudicis partes sustinebit, nō singula uerba propositā excutiet, sed eam quam Dialectici monstrāt rationē in iudicādo sequetur, statusq; causarum tam litigatores in disputando, quàm iudices in iudicādo obseruabunt. Quibus sanè exercitijs studiosi actiones simul & exceptiones in causis latētes inuenire, deq; causis rectius iudicare, iura item & leges non in dubium rapere, sed ad actus humanos accommodare, sese essent assuefacturi. Verba sanè & formulæ, quib. causas in iudicijs copiosius & popularius proponere possent, si ita sese in rebus causisq; exercuerint, ultrò illis tandem essent succursura. Nam res ui sua uerba pariunt, quę semper satis ornata mihi quidem uideri solent (inquit apud Ciceronem Antonius) si

eiuſmodi ſunt,ut ea res ipſa peperiſſe uideatur. Dicto modo ſcholis, quæ iudiciorum ſeminaria ſunt,reformatis,non dubitarem litium diuturnitatem è iudicijs tandem ſine graui offenſa emigraturam. Porrò quod ad legum ordinem ac methodum attinet, feci eius quoq; rei antea in aliquot iuris locis periculũ:quod ſucceſsit felicius. Nam libellos quos in eam rem ederam, non ſolùm ijs qui in Scholis, ſed & qui in foro uerſantur probari animaduerti. Ideoq; legũ ordinem nunc à capite aggreſſus ſum, totoq; iure ciuili in ſeptem partes diſtributo, Primæ partis Methodum quoad potui abſolui.

Partitio totius Iuris ciuilis.

Poteſt enim non incommodè totum Ius ciuile in ſeptem partes diſtribui. Nam omne ius aut ad publicam, aut ad ſingulorũ ſpectat utilitatem:illud publicum,hoc priuatum ius uocant. Spectant aũt ad publicã utilitatẽ leges, magiſtratus,iudicia tam publica quàm priuata, religio,fiſcus,res militaris & ciuitatum.Horũ iura leges q; primã iuris ciuilis partẽ conſtituere poſſunt. Singuli uerò ius habent aut in perſonis,aut in rebus:quibus ſublatis, ipſum ius tolli neceſſe eſt. Sic ius habet in perſona ſerui dominus,quod Dominicã poteſtatẽ uocant:in perſona liberti patronus,quòd ius patronatus dicũt: in perſona pupilli tutor,in perſona adoleſcẽtis curator ius habet,quorũ illud tutela, hoc cura nuncupatur. In uxoris perſona maritus, & cõtrà in mariti perſona uxor ius habet,quod per nuptias cõſtituitur.in perſonis denicq; liberorũ parentes ius habẽt,quod patriã poteſtatẽ appellant. Ex hiſce & ſimilib. iuris ſpecieb. in perſona cõſiſtentib. cum ſuis cauſis & actionibus,ſecũda pars Iuris ciuilis cõſtici poteſt. In rebus autem habemus dominiũ, poſſeſsionẽ,uſumfructũ,uſum,ſeruitutes, & ſimilia iura, quæ cum ſuis cauſis & actionib. in tertiam partem reijci poſſunt. Sæpe tamẽ iura in rebus propter ius quod in perſona habemus,nobis cõpetunt:ut domino in rebus ſerui, patri in rebus filij, propter ius quod in ipſo ſeruo & filio habent: quæ iura in ſecundã potius quàm in tertiam partem reijciẽda eſſent, cum non principaliter propter res, ſed propter perſonas nobis cõpetant. Porrò ſunt cauſæ iuris generales,quibus iura uel adquiruntur,uel cõſeruantur,uel amittuntur, uel denicq; recuperãtur. Adquirũtur iura per ſucceſsiones tam ex teſtamẽto quàm ab inteſtato,per legata & fideicõmiſſa, per donationes item & uſucapiones, quæ cauſæ cum ſuis actionibus quartæ parti poſſunt includi. Sed & adquirũtur iura per pacta & tranſactiones,item per obligationes & actiones, quarum aliæ ex cõtractu,aliæ ex delicto naſcũtur:illæ quidem quintã, hæ uerò ſextam partẽ conſtituere poſſunt. Conſeruanẽ demũ iura per exceptiones, &c.amittunẽ per alienatiões, capitis deminutiones, captiuitatẽ, &c. recuperanẽ denicq; amiſſa iura per in integrũ reſtitutionẽ poſtliminiũ, &c. cuius generis cauſæ in ſeptimã, eamq; ultimam partem reijci poſſunt, adiunctis duobus titulis generalibus, de uerborum ſignificatione, & de regulis iuris. Hoc modo toto Iure ciuili in ſeptẽ partes diſtributo,tres quidẽ priores iuris genera cum ſuis cauſis & actionibus:quatuor uerò poſteriores,cauſas iuris generales cõtinebunt. Nam PRIMA quidem pars ius publicum, SECVNDA autem ius priuatũ quod in perſonis, TERTIA demũ ius quod in rebus habemus tractabit. Cumq; cauſæ uel in adquirẽdo, uel in cõſeruando,uel in amittẽdo,uel denicq; in recuperãdo iure cõſiſtant:tres quidem ſequentes partes, cauſas quibus iura adquirũtur,poſterior uerò reliquas cõtinebit. Nam QVARTA pars cõprehendet Succeſsiones tam ex teſtamento q; ab inteſtato,Legata & fideicõmiſſa, Donationes & uſucapiones: QVINTA continebit pacta & tranſactiones,obligationes & actiones ex cõtractu:SEXTA Obligationes & actiones ex delicto deſcẽdentes: SEPTIMA denicq; & ultima pars Exceptiones,capitis deminutiones,captiuitates, in integrum reſtitutiones, poſtliminiũ, & alias ſimiles cauſas,quibus iura uel cõſeruãtur,uel amittunẽ,uel recuperanẽ amiſſa,adiũctis dictis duob. titulis generalibus.Hæ partes ſingulæ rurſus in certos libros,libri in titulos uel capita, capita in locos ac mẽbra ſubdiuidi poſſunt,

ſunt,generibus iuris in ſuas ſpecies ac membra ſubdiuiſis:ſingulis q; mẽbris ſui loci ac leges,quibus ea deſcripta ſunt, poſſunt ſubijci. Poſtremò in quali betre,puta iudiciaria, eccleſiaſtica,militari, ciuitatũ. &c.ſunt perſonæ,res & actiones tanquã partes ipſius rei. Sic in iudicijs ſunt perſonæ quidem, iudex aſſeſſor,poſtulãs aduocatus & procurator,actor & reus : res autem ſunt, res litigioſæ & in iudicium deductę:actiones demum ſunt,citatio,libelli editio, dilatio,ſatiſdatio,&c.Sic in ciuitate ſunt perſonæ quidem,magiſtratus & ciues:res autem,res ciuitatis publicæ, mobiles & immobiles:actiones denicq, munera & honores,&c.In huiuſmodi igitur rerum deſcriptionibus notãdæ ſunt deſcriptiones perſonarum,rerum et actionum tanquam partium.Nam hoc eſt quod Caius Iuriſcõſultus dicit:Omne ius aut ad perſonas, aut ad res, aut ad actiones pertinere. Nec iſtud uerbum Actiones eo loci de ijs tantum actionibus, quibus id quod nobis debetur in iudicio perſequimur, intelligendũ eſt:ſed etiam de alio quolibet actu, cuius forma & modus à iure præſcribitur.In perſonarũ autem deſcriptionib. potiſsimùm notanda eſt ordinatio perſonæ,puta magiſtratus, epiſcopi,procuratoris,&c. item officia & priuilegia eius,&c.In deſcriptionib.rerũ notandæ potiſsimùm ſunt cauſæ, quibus eæ adquiruntur & amittuntur, &c. In actionum deſcriptione notandæ ſunt circumſtantiæ,puta perſona,res,cauſa,locus,tempus,modus,antecedẽtia,adiuncta & conſequentia. Iuxta hanc rationem & antea aliquot iuris locos,& nunc primam Iuris ciuilis partem digeſsi,reliquasq; in poſterũ digerere decreui.Maximè autem mihi ad eam rem perficiendam opus eſt eo qui olim poetis cõtigit Mæcenate. Cum autem ſciam te uirum ut literatiſſimum,ita amiciſsimum literatis,hæc in hanc primam Methodi meæ partem ad te uolui præfari. Vale.

DE LEGIBVS, MAGISTRATIBVS ET IVDICIIS PVBLICIS.

Liber primus.

DE IVRE ET LEGIBVS.

Inst.lib.1.tt.j. cum sequentib. ff.lib.j.tt.j. cum sequentib. C.lib.1.tt.14. cum sequentibus.

Cap. 1

¶ 1 *Nomen iuris unde descendat.*

ff.tt.j.l.j. in prin.

¶ 2 *Distinctio significatorum.*

ff.tt.j.l.11.l.12.lib.11.tt.j.l.4.§ fin.

¶ 3 *Definitio iuris & legis.*

ff.tt.j.l.j.§ j.tt.3.l.j.l.2.

¶ 4 *Origo iuris, & causæ efficientes.*

ff.tt.2.l.2.in prin.usque ad § Post originem.tt.3. l.40.uide insuper j diuisiones iuris & legum.

¶ 5 *Finis & officium iuris ac legum.*

ff.tt.3.l.7.l.22.§ fin tt.5.l.2.

Iuris præcepta tria sunt. Inst. tt.j. § iuris. ff. tt. j.l.10.

¶ 6 *De legislatione.*

Qui leges ferre possint, uide j diuisionem iuris scripti, eiusq; species.

De quibus rebus leges ferendæ. De ijs quæ frequenter, non quæ raro accidunt. ff.tt.3.l.3.cum tribus ll.sequentib.lib.50.tt.17.l.64.

Modus ferendi leges, antecedentia item & consequentia. ff. tt.3.l.8.tt.4.l.j.§ j.C.tt.14.l.2.l.3.l.8. l. 11. De insinuandis legibus latis. C.tt.15.l.j.tt. 23.l.3.Nouell.c.124.§ Quia uerò.c.152.

7 *De legum interpretatione & supplctione.*

Ratio & causa interpretandi & supplendi. ff.tt.3. l.10.cum trib.ll.sequentib.

Quibus competat ius interpretandi & supplendi.C.tt.14.l.j.l.9.§ fin.l. 10. l. 11. Nouell. c. 138. c. 143.in prin.

Modus interpretandi & supplendi quis sit, uide lib.2.cap. De causæ cognitione, membr. de rebus dubijs.

De tralatõ leges priores ad posteriores, & contrà.ff.tt.3.l.26.l.27.l.28. tt.4.l.4.

Cum lex in præteritum quid indulget, in futurum uetat.ff.tt.3.l.22.

¶ 8 *De ratione legis non inquirenda.*

ff.tt.3.l 20.l.21.lib.9.tt.2.l.51.§ multa.lib.40.tt.9.l. 2.in prin. uers. quod quidem.lib.50. tt. 17.202. C. lib.9.tt.29.l.2.

¶ 9 *De legum mutatione.*

ff.tt.3.l.23.tt.4.l.2.lib. 4. tt. j. l. 7. lib. 50. tt. 17.l. 143.

¶ 10 *De iurisprudentia, scientia & ignorantia: item de iurisconsultis.*

Definitio iurisprudentiæ,Inst.tt.j.in prin. ff. tt.j. l.10.§ fin.

Scire leges quid sit,ff.tt.3.l.17.

Omnes tenentur leges scire.C.tt.14.l.9.

De ignorantia iuris quatenus excuset, uide ff. lib.22.tt.6. C.lib.j.tt.18.

De iurisconsultis, Inst. tt.2. § responsa.ff.tt. j.l.j. § j.tt. 2.l.2. § iuris ciuilis scientiam.cum sequent.

¶ 11 *De iusticia, & iuris legumq; obseruatione.*

1 *Iusticia quid sit?* Inst.tt. j. in prin. ff. tt. j. l. 10 .in prin.

2 *Causæ ex quibus leges obseruandæ uel non?*

Si non ritè latæ sint, nec ab eo qui ius ferendi leges habet, nec sint insinuatæ: uide paulo superius de legislatione.

Si contra iuris rationem receptum uel constitutum ius sit.ff.tt.3.l.14.l.15.l.16.l.39.

Si leges mutatæ sint, uel in desuetudinem abierint,uel aliud ius efficacius contrarium sit: uide j lib.2. cap. de causæ cognitione. membr. de rebus dubijs.

Si euidens poscit æquitas, ut à communi iure recedatur. ff. lib . 4. tt. j. l. 7. lib. 50. tt. 17. l. 143.

Si quis impetrauerit rescriptum, ut ei liceat leges transire. C tt.16.l.j.

Si personale rescriptum sit, uel in alia aliqua causa quid sit iudicatum. C. tt.14.l.2.l.3.l.11.in prin. Vide insuper j de personalib. constitutionibus. item de Iudicato,cap.sequenti.

3 *Quæ sint obseruandæ, si duæ diuersæ sint,* uide j lib. 2.cap.de causæ cognitione,membr.de rebus dubijs.

4 *A quibus sint obseruandæ.*

De imperatore & Augusta. ff.tt.3.l.31.lib.32.l.23. C.tt.14.l.4.

5 *In quibus causis sint obseruandæ: & à quo tempore.*

De causis præteritis & pendentib. C. tt.14.l.7. Nouell.c.66.c.75.c.115.in prin.c.152.

6 *Modi quibus non obseruantur leges.*

Non obseruantur leges dupliciter: Si quid contra leges fiat, & si in fraudem legis quid factũ sit, cuius utriusq; definitionem ac differentiam uide ff.tt.3.l.29.l.30.lib.49.tt.14.l.3.in prin. usq; ad § tacita. C. tt.14.l.5.

Si quis non tota lege perspecta, una aliqua particula eius proposita iudicet uel respondeat. ff.tt.3.l.24.

Si iudex contra constitutiones pronunciauerit, uide j lib.2.cap.2.membr.3.

DE IVRIS SPECIEBVS. Cap. 2.

¶ 1 *Diuiditur ius in publicum & priuatum.*

Inst.tt.j.§.huius.ff.tt.j.l.j. §. huius. Item in naturale gentium,& ciuile,Inst.tt.j. §. huius. ff. tt.j. l.j.§.priuatum. l. 9. Item in ius personarum, rerum,

rum & actionum.Inst.tt.2.§.fin.ff.tt.5.l.j.

1 *De iure publico.* Inst.tt. j. §. Huius. ff. tt. j. l. j. § Huius.

2 *De iure priuato.* Inst. tt.j.§. Huius. ff. tt. j.l. j. §. Huius.

3 *De iure naturali.* Inst. tt.2.in prin.ff.tt.j.l.j.§ ius naturale.ff.lib.50.tt.17.l.32.l.35.l.148.l.206.

4 *De iure gentium.*

Definitio.Inst.tt.2.§.Ius autem gentium. ff.tt.j. l.j.§.fin.l.9.§.fin.

Differentia à iure naturali.ff.tt.j.l.j.§ fin.

Differentiam à iure ciuili uide paulo inferius.

Species huius iuris.Inst.tt.2.§.Ius autem gẽtium. ff.tt.j.l.2 cum tribus ll.sequentibus.

5 *De iure ciuili.* Definitio.ff.tt.j.l.6.l.9.

Differentia à iure gẽtium & naturali. Inst.tt.2. §. ius autem.§.Sed naturalia.ff.tt.j.l.9.

Proprium.Ex unaquaq; ciuitate appellatur. Inst. tt.2.§ Sed ius quidem.

Diuisio in ius scriptum & non scriptum . Inst. tt. 2.§.constat.ff.tt.j.l.6.§.fin.

6 *De iure non scripto, seu longa consuetudine.* Inst.tt.2. §. fine scripto. ff.tt.3.l.32 cum sequentib. usq; ad l.40. inclusiuè,lib.39.tt. 3.l. j. §. denique ait de cond. l.2. in prin.lib.50.tt.17.l.34. C. lib. 8. tt. 53. toto.Feudor.lib.2.tt.j.§.legum autem.

7 *De iure scripto.*

Definitiones.ff.tt.3.l.j.l.2.

Diuisio in legem,senatusconsultum,plebiscitum, magistratuum edicta,principum placita, & responsa prudentum. Inst.tt.2.scriptum autem.ff. tt.j.l.7.tt.2.l.2.§.ita in ciuitate.

Reliqua de hoc iure uide sup.cap.j.

8 *De lege seu iure quod populus statuit.* Inst.tt.2.§.lex est quod.

9 *De senatusconsulto.*Inst.tt.2.§.senatusconsultum. ff.tt.2.l.2.§. Deinde quia difficile.tt.3.l.9.C.tt.16. l.j.

10 *De plebiscito.* Inst.tt.2.§. Plebiscitum. ff. tt. 2. l. 2.§.Deinde cum esset.

11 *De iure prætorio seu honorario.*Inst.tt.2.§.Prætorium. ff.tt.j.l.7.l.8.l. 11. §. Nec minus. tt. 2. l. 2. §. eodem tempore.

12 *De responsis prudentum.* Inst. tt.2.§.responsa. ff. tt.2.l.2.§.his legib. latis.§. & ut obiter sciamus.

13 *De principum placitis seu constitutionibus.*

Legis uim habent.Inst.tt.2.§. Sed & quod. ff.tt.4. l.j.tt.2.l.2.§. nouissimè.lib. 47.tt.12.l.3. §. Diuus Adrianus.C.tt.14.l.8.l.11.§.fin.Nouell.c.152.

Diuisio in generales & personales.Inst.tt.2.§.Sed & quod.ff.tt.4.l.j.§.fin.

14 *De constitutionibus personalibus & priuilegijs.* Inst. tt.2.§. sed & quod.ff.tt.4.l.j.§. fin.lib.50.tt. 17.l.68.l.156. C.tt.14.l.2.l.3.§.fin.l.6.uide insuper j.de rescriptis.

15 *De sacris regulis.*C.tt.2.l.6.l.12.§.j.Nouell. c.6.§. Sed etiã sic eum, c.83. §. Si uerò Ecclesiasticum, c.131.in prin.

16 *De iudicato.*ff.tt.3.l.38.C.tt.14.l.2.l.3.l.11.in prin. lib.7.tt.45.l.13.Nouell.c.138.§.fin.

DE RESCRIPTIS PRINCIPVM, & supplicationibus. C.lib.j.tt.19. cum sequentib. Cap. 3.

¶ 1 *An rescriptum sit utile, nec ei obuiandum?*

tt.21.l.2.tt.23.l.5.distinguitur.

1 *Ex tempore & antecedentibus. De Supplicationibus.*

Si seruus supplicauit.tt.19.l.j.l.6.

Si lite pendente supplicatio facta fit, uel rescriptum emissum, tt.21.l.2.lib.7.tt.62.l.13.Nouell.c. 82.§.omnis deniq;.c.113.

Si post sententiã prouocatione omissa supplicatum uel rescriptũ,sit.tt. 21.l.j.l.3.lib.2.tt.9.l.3.lib. 7.tt.43.l.fin.tt.50.l.3.Nouell.c.113.§.adhæc & illud. Distinguitur, si aduersus sententiam præfecti prætorio,à qua non licet appellare,suppli catum sit,de quo uide j.lib.2.cap. de appellationibus. Adfinia remedia.

Si is qui supplicat in precib.mentitus sit, uel quædam omiserit.tt.22.l.j. usque ad l.fin.tt.23.l.7.ff. lib.48.tt.10.l.29.

An exempla instrumentorũ precibus adiungenda, uel potius uis illorum in precibus exprimenda sit? tt.19.l.8.

2 *Ex qualitate rescripti, & re rescripto mandata.*

Si rescriptum contra ius sit,uel utilitatem publicam.tt.19.l.3.l.7.tt.22.l.fin.

Si damnosum fisco fit.tt.19.l.3.

Si præscriptio peremptoria rescripto sit data. tt. 19.l.2.

Si præscriptio temporalis, & solutionis dilatio sit concessa.tt.19.l.2.l.5.

3 *Ex instrumento rescripti, & consequentibus.*

De instrumenti conceptione & formatione, tt. 23.l.4.l.6.l.7.§.nec aliquem.Nouell.c.114.

De instrumenti insinuatione. tt.23.l.3. Nouell. c. 124.§.quia uerò.

¶ 2 *Cui sit utile rescriptum?*

Si alter sociorum in communi causa supplicauit, an utriq; prosit rescriptum.tt.23.l.j.

¶ 3 *Quamdiu sit utile?*

An etiam ultra annum prosit? tt.23.l.2.

¶ 4 *Euentus.*

De hæreditate defuncti decurionis, ut omnimodo quarta eius pars ad curiam pertineat,uel ad filios eius qui curiæ annexæ sunt, uel ad filias quæ decurionibus nupserint. C. tt. 34.tt.43.l. 4.ſ ita tamen ut nec. ſ fin. Nouell.c.38. ſ posthac uideamus.ſ quoniam uerò.usque ad ſ ad hæc quartam.c.101.ſ quòd si decurionis. cum sequentibus.
Ab extraordinarijs muneribus sunt immunes.C. l.21.
De decurionibus non torquēdis. nec corporalib. pœnis subijciendis.ff.l.14.C.l.33.l.57.l.58.
De decurionibus,qui facultatibus lapsi sunt, alēdis.ff.l.8.
De eo qui ad tempus relegatus uel ordine motus est,& postea restitutus. ff.l.2.in prin.usq; ad ſ in filijs.tt.j.l.15.in prin.
De curialibus qui comitatiuam dignitatem adepti sunt,non eximuntur à iurisdictione sui iudicis.C.l.47.
De priuilegio primæ Curię,qui expletis uniuersis munerib.ad summū peruenit gradum.C.l.56.
Filij decurionum qui sint.ff.l.2.ſ in filijs.usq; ad ſ nullum.C.l.4.lib.6.tt.54.l.6.
De filijs decurionum non torquendis.C.l.4.
Filij decurionum curiæ sunt obnoxij.uide s̄ in initio huius capitis.
De ordine & albo decurionum: qui quos præcedant in sententijs ferendis,uel aliàs.ff.l.2.ſ restitutus.l.6.ſ fin.tt.3.C.l.9.
De actione quæ ex administratione decurionatus competit, uide j̄ cap.24.lib.eod.

¶ VI. De *decretis ab ordine faciendis.*

ff.tt.9.
An decreta ab ordine facta,rata sint habenda, & si contrà fiat pœna committatur.ff.l.5.l.6.Distinguitur:

Ex *re decreta.* Si salarium alicui de publico constituerint.ff.l.4.ſ fin.C.tt.36.
Si prædia,uel ædes,uel certam quantitatem alicui de publico decreuerint.ff.l.4.ſ j.
Si aliquem debitorem dimiserint, uel largiti sint. ff.l.4.in prin.
Si immunitatem alicui tribuunt.C.tt.46.l.j.
Si de numero medicorum decernant.ff.l.j.

Ex *reliquis contingentibus.*

Si ambitiosa sunt decreta.ff.l.4.C.tt.46.l.2.
Si publicè utile sit decretum rescindi.ff.l.5.
Si non legitimo numero decurionum coacto decretum sit.ff.l.2.l.3.tt.31.l.46.ff.tt.j.l.19.
Si minor uiginti quinque annis decreuit. ff.tt. 6.l. 6.ſ j.tt.4.l.8.in prin.
Si ignorans aduersus decretum fecit.ff.l.6.

DE LEGATIS ET LEGATIONIBUS.ff.lib.50.tt.7.C.lib. 10.tt.63. Cap.16.

¶ 1 De *iniungendo legationis munere.*

Antecedentia. De consultando, & decernenda legatione.C.l.6.

Quot & quibus iniungenda legatio?

Ne plures quàm ternos mittant.ff.l.4.ſ fin.
Vt ordo in legationibus iniungendis seruetur, ut de j̄ de munerib.
De ijs quibus ius postulandi non est.ff.l.4.ſ j.
De debitore reipub..ff.l.4.in prin.
De debitore fisci.ff.l.4.ſ debitores.
De eodem plures legationes suscipiente.ff.l.16.in prin.

2 De *excusationibus ab hoc munere.*

Si is ad quem legatio est mittenda,legati amicum accusat.ff.l.4.ſ si accusatio.
Si patrem in legatione habeat.ff.l.6.
Si legationis munere functus sit: item de alijs uide j̄ de muneribus.

3 *Officia legati.*

De non deferenda legatione,nec cessando. ff.l.j.l. 2.ſ j.ſ cessatio.C.l.2.ſ fin.
Neq; alienis neq; propriis negocijs se interponere debet.ff.l.8.ſ fin. l. 9. l.10.in pr.l. 11.ſ qui leg. l.12.l.15.l.16.ſ ante.

An per

An per alium legationem mittere possit: item, an & quos uicarios possit habere.ff.l. 4. ſ legati. l. 11.in prin.
An contra rēpub.à principe quid postulare possit. ff.l.2.in prin.

4 *Iura & priuilegia legati.*

De salario, & sumptibus illi proficiscēti datis. ff.l. 2.ſ fin.l.10.ſ fin.C.l.2.
De sumptibus ab eo factis,illi restituendis.ff.lib.3. tt.4.l.7.in prin.
An tempore legationis possit conueniri.ff.l.3.l.16. ſ ante.uide insuper s̄ lib.2.cap.2.uers. de domicilio rei conuenti.
Sancti habētur legati: & quid iuris sit, si quis legatum hostiū pulsauerit.ff.l.17.lib.48.tt.6.l.7.ſ fin.

DE ACTORE VNIVERSITATIS,uel syndico & curatore reipub.ff.lib.3. tt.4. Cap.17.

¶ 1 De *dando actore, uel eligendo.*

An utiliter datus sit actor?

DISTINGVITVR:

Ex *persona dantis.* Si nō omnes in ordine adsint, uel eligant.l.3.l.4.
De suffragio patris uel filij,eius qui datus est.l.5.
De suffragio eorum qui in patris,uel filij eius potestate sunt.ff.l.6.in prin.
De eo cui ordo potestatem eligendi dedit.l. 6.ſ si decuriones.
De lege.l.3.
Ex *persona dati.* De extraneo. l. j.ſ fin.
De filiofamiliàs.l.6.ſ fin.
Si is datus sit quē duumuiri elegerint.l.6.ſ si decuriones.

Ex *causa seu negocio cui datus est.*

Constitui potest actor,& ad operis nouī nunciationem,& ad stipulationes interponendas.l. 10.
Si ita constitutus sit, ut quæcunque incidissent controuersia,eius petendæ negocium Titius haberet.l.6.ſ sed si ita decreue.

Ex *consequentibus.* Si agere postea prohibitus sit.l. 6. ſ quòd si actor.
Si muratus sit. Ex ijsdem causis actoris mutandi potestas est,ex quib. etiam procuratoris.l.6.ſ fi.

2 *Officia tam actoris quàm curatoris.*

Per eum quod communiter agi fieri oportet, agi fieri debet.l.j.ſ quibus.
Si aliqua uniuersitas det actorem, non erit hic dicendum sic haberi quasi à plurib. datum. hic enim pro repub.uel uniuersitate interuenit, non pro singulis.l.2.
De rebus & agris ciuitatis uindicandis.ff.lib.50.tt. 8.l.10.ſ 3.
De exigenda pecunia ad annonam destinata. ff.li. 50.tt.8.l.10.ſ 6.
De exigenda cautione fideicommissi nomine.C. lib.11.tt.30.l.2.
De defendendo, & de rato cauendo.l. 6. ſ actor uniuers.
Procuratoris partib.fungitur actor:itē actio iudicati ei non datur,item ei constitui potest.l.6.ſ actor itaque.
Si actori cautum sit, administratori rerum ciuitatis competit actio.l.10.ſ fin.

De actione quæ aduersus curato rem reipubl. datur,uide j̄ cap.24.

DE CIVIBVS, ET ALIIS Ciuitatum personis,nec non de collegijs & corporibus.item de ferijs. Cap. 18.

¶ 1 De *ciuibus in genere.*

De uestitu ciuium.C.lib.11.tt.8.
De ornatu ex auro & gemmis non conficiendo. C.lib.11.tt.11.l.j.
De mercatione purpuræ prohibita. C. lib. 11. tt.8. l.5.
De armis à priuatis ciuibus nō conficiendis, nec emendis.Nouell.c.85.
De ludis & spectaculis.C.lib.11. tt.40.tt.41.
De gladiatoribus.C.lib.11.tt.43.l.j.
De uenationibus ferarum. C. lib.11.tt.44.l.j.lib. 2. feudorum.tt.27.ſ nemo retia.
De nundinis.ff.lib.50.tt.11.l.j.C.lib.4.tt.60.l.j.
De Maiuma.C.lib.11.tt.45.l.j.
De festis, conuentibus, & publicis ciuium lætitijs. C.lib.j.tt.11.l.4.

¶ 2 De *ferijs ciuium.*

ff.lib.2.tt.12.C.lib.2.tt.12.

Quibus diebus feriandum? De die Dominico,seu Solis. C.l.2.in prin.l 3.l.7.ſ & dies Solis.l.10.
De pridie calendis Ianuarijs. ff.l.5.
De ferijs propter res feliciter gestas.C.l.j.
De ferijs à iudice conditis.C.l.4.
De reliquis.C.l.2.l.6.l.7.
Si *feriatum non sit,* sed aliquid negocij gestū, pœna. C.l.10.ſ fin.

DISTINGVITVR:

Ex *specie rei gestæ.*

Si agriculturæ inseruit diebus feriatis.C.l.3.
Si negocijs militaribus,& custodiarum cognitioni inseruit.ff.l.9.
Si de latronibus quæstionem habeat.C.l.9.
Si emancipet uel manumittat.C.l.2.in prin.l.8.
Si uoluptati indulget.C.l.10.in prin.ſ nec huius tamen.
De reliquis.ff.l.2.l.3.C.l.5.l.7.ſ fin.l.10.

Ex *reliquis contingentibus.*

Si res tempore peritura sit,nec dilationem capiat. ff.l.j.ſ sed excipiuntur.l.3.

¶ 3 De *collegijs & corporibus: item de alijs uniuersitatibus.*

1 De *collegio constituendo.*

Causæ ex quibus & propter quas collegia constitui possunt.

Non ex qualibet causa collegium constitui permittitur.ff.lib.3.tt.4.l.j.in prin.lib.47.tt.22.l.j. in prin.l.3.in prin.
Si religionis causa coeant.ff.lib.47.tt.22.l.j.ſ sed religionis.tt.11.l.2.
Si uectigalium publicorum, aurifodinarum, &c. nomine collegiū constituant.ff.lib.3.tt.4.l.j.ſ j.
Si stipem menstruam conferendi causa coeant.ff.li. 47.tt.22.l.j.in prin.

Antecedentia. De authoritate senatusconsulti uel Cæsaris.ff.lib.47.tt.22.l.3.ſ j.

Inter quot & quas personas collegium constitui potest.

Inter tres personas constitui potest. ff. lib. 50. tt.16. l.85.

De seruis.ff.lib.47.tt.22.l.3.§ fin.
De eo qui in alio etiam est collegio.ff.lib.47. tt.22. l.j.§ fin.

2 *De collegio dissoluendo.*

Causæ ex quibus dissoluatur.
Si personæ mutentur,ff.lib.3.tt.4.l.7.§ in decurionibus.
Euentus dissoluti collegij.
De pecunia communi diuidenda, si uel recesserit quis à collegio,uel dissoluatur omnino.ff.li.47. tt.22.l.j.§ fin.l.3.in prin.

3 *Iura collegij & uniuersitatis.*

Sodales sunt,qui sunt eiusdem collegij, quibus potestatem iex facit, pactionem, quam uelint, ibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant. ff.lib.47.tt.22.l.4.
Proprium horum est habere res communes, arcã cõmunem, & actorem uel syndicum per quem, &c.ff.lib.3.tt.4.l.j.§ quibus.
Quod uniuersitati debetur,non singulis debetur: nec quod debet uniuersitas,singuli debent.ff.lib. 3.tt.4.l.7.§ si quid.§ fin.
Etiam actio aduersus uniuersitatem datur,ff.lib.3. tt.4.l.7.in prin.l.9.
Refertur ad uniuersos quod publicè fit per maiorem partem.ff.lib.50.tt.17.l.160.§ j.
Municipes intelliguntur scire, quod sciunt hi quibus summa reipublic.est commissa.ff.lib.50.tt.4. l.14.
Si collegium non defendatur, quid iuris.ff.lib.3.tt. 4.l.j.§ quod si nemo.l.8.

4 *De priuilegijs collegiorum.*

Quibus competat.
De eo qui solo nomine collegiatus est.C.lib.j.tt.2. l.9.lib.11.tt.17.l.j.in prin.
De ijs qui supra numerum assumpti sunt.C. lib.11. tt.17.l.j.§ qui autem suprà.

¶ 4 *De quibusdam ciuium & collegiorum, aliarumq; personarum ciuitatis specicibus.*

De collegijs studiorum liberalium.C.li.11.tt.18.l.j. § habeant igitur.
De magistris studiorum, doctoribus & medicis. Quales esse debeant, & quæ sint illorum officia. C.lib.10.tt.52.l.7.lib.11.tt.18.l.j.in prin.
De mercedibus & salarijs illis constituendis. ff. lib.50.tt.13.l.j.in prin.C.lib.10.tt.52.l.6.§ fin.
De medicis.ff.li.50.tt.4.l.11.§ reprobari.tt.9.l.j.tt.13. l.j.§ j.§ medicos.l.3.C.lib.10.tt.52.l.7.l.9.l.10.
De philosophis.ff.li.50.tt.13.l.j. § an & philosophi. C.lib.10.tt.41.l.6.tt.52.l.8.
De iuris professoribus.ff.lib.50.tt.5. l. 8. § philosophis.tt.13.l.j.§ proinde nec.
De magistris ludi literarij. ff. lib. 50. tt. 13.l.j.§ ludi quoq;
De iuris ciuilis studiosis.ff.lib.50.tt.13.l.4.
De mercatoribus.C.lib.4.tt.63.
De argentarijs.Nouell.c.136.
De mendicantibus ualidis inhibendis.C.lib.11. tt. 25.l.j.Nouell.c.8.§ at si qui usque ad § præterea si quis.
De corporatis urbis Romæ.C.lib.11.tt.13.tt.14.
De corporatis Alexandriæ.C.lib.11.tt.28.l.j.
De reliquis uide ꝛ cap.6.lib.eod.

DE POLLICITATIONIBVS & legatis ciuitatis.ff.lib.50.tt.12. Cap. 19.

Hactenus de personis ciuitatis: sequitur de reb. & primùm de ijs adquirendis, postea de ijs alienãdis,postremò de quibusdam rerum ciuitatis speciebus.Adquiruntur autem res ciuitati per pollicitationes & legata.

1 *Definitio pollicitationis.*

l.3.in prin.

2 *An pollicitatio sit utilis,& ex ea nascatur actio.*

l.3.in prin.l.14.in prin. Distinguitur:
Si sine causa pollicitus sit.l.j.§ j.§ deniq;.li.39.tt.5.l. 19.in prin.si tamen,cum sine causa pollicitus esset,cœpit facere, tenetur.l.j.§ item si sine causa.usque ad § fin.l.3.in prin.l.6.§ j.l.11.
Si propter incendium uel terræmotum, uel aliquam ruinam,quæ reipub.contigit,promisit.l.4. l.7.
Si reipub.nihil interfit fieri quod promissum est, uel ei fit damnosum.l.13.§ item rescripsi.
Si fœmina promisit.l.6.§ non tenetur.
Si tantum epistolam muneris edendi gratia emisit.l.5.
Si promittentem promissi pœniteat.l.3.§ fin.
Si acceptolatum ei fit.lib.48.tt.11.l.7.§ illud quoq;.
Si aduersa fortuna usus sit qui promisit,& sit relegatus.l.8.
Si cum ne honoribus fungeretur pollicitus esset, nihilominus honoribus fungi cogatur.l. 12. § final.
Si cum ob honorem pollicitus esset,antequam honorem iniret, decesserit.l.11.
Si opus promissum fecit, sed id casu fortuito postea quid passum est.l.7.§ fin.
Si opus promissum fecit,sed non rectè,uel non omnem pecuniam erogauit.C.lib.8.tt.13.l.j. § quinerò circus.

3 *Euentus pollicitationis,& legati.*

Relicta reipub.in quę dependi debeant, si ad certam speciem relicta sunt, ad alios usus conuerti non debent.tt.8.l.j.l.5.tt.10.l.7. in prin. Si non ad certam speciem relicta sunt.tt.8.l.6.in prin.
De conditione pollicitationi adiecta,pollicentis hæredibus seruanda.l.10.
De actione quæ datur ciuitati re amissa.l.3. § fin.

DE ACTIONE QVAE DATVR *ciuitati ex pollicitatione ad præstandam promissis fidem.*

1 *Causæ ex quibus datur.*

Si placitis fidem præstare detrectat.l.8. § quòd si detrectat.Distinctiones uide ꝛ.

2 *Aduersus quos datur.*

De hæredibus.l.14.in prin.

3 *Quid ueniat in eam?*

Non pecuniam inferre,sed opus extruere coguntur.l.13.in prin.
Si is qui pollicitus est antequam perficiat, eccesserit.l.14.§ sed si quis.l.15.
Si bona liberalitati soluendo non sunt.l.9.
De diminutione in persona hæredis.l.6.in prin.
De usuris.tt.10.l.5.in prin.tt.12.l.j.in prin.

De pri-

DE PRIVILEGIIS CIVITATUM:item de alienatione & locatione rerum ciuitatis:nec nõ de actionibus aduersus ciuitatem competentibus. Cap. 20.

¶ I *Priuilegia ciuitatis.*

Respub.ut pupilla extra ordinem iuuatur.C.li.11. tt.29.l.3.
Quod sibi adquirunt ciuitates,sibi retinent.C.li.11. tt.69.l.2.
An ius pignoris habeant in rebus debitorum. ff. lib.50.tt.j.l.10.C.lib.11.tt.29.l.2.tt.32.l.2.
An priuilegia fisci ciuitati competant.ff.lib.50.tt.j. l.10.l.21.§ fin.
De priuilegijs ciuitatis Nicenẽsis.C.lib.11.tt.69.l.6.
Quæ ciuitates iuris Italici sunt,uide ꝛ cap.9. uers. de quibusdam ciuitatibus.lib.eod.

¶ II. De *alienatione rerum ciuitatis, & locatione.*

Alienatiõ rei ciuitatis dempto canone,an ualeat? C.lib.11.tt.69.l.5.
An meliore conditione allata rescindatur contractus?ff.lib.50.tt.j.l.21.§ fin.C.lib.11.tt.31. l. j. l.2. tt. 70.l.2.l.3.
Licet ciuitati res suas uendere,ita ut precia in reno uanda mœnia collocentur.C.lib.11.tt.31.l.3.
De pecunijs ciuitatum nõ deminuendis, sed in fœtatos usus cõuertẽdis: & de ratione super ijs dãda.Nouel.c.128.§ at cum de urbibus usq; ad § ad hęc sancimus.

De locatione rerum ciuitatis.

1 *Antecedentia.*C.lib.11.tt.70.l.3.

2 *Quibus locandæ?* De decurionibus.ff.lib. 50.tt. 8. l.2.§ j.

3 *Euentus.* Agri publici in perpetuum locati, sine principali authoritate reuocari nõ possunt. ff. li. 39.tt.4.l.11.§ 7.lib.6.tt.3.l.j.
Qui fundum à municipio conduxerunt,in rem habent actionem.ff.lib.6.tt.3.l.j.§ fin.l.2.l.3.
Cum ea lege fundum uectigalem municipes locauerint,ut ad hęredes eius, &c.ff.lib.50.tt.16.l.219.
De actione locati.Quid ueniat in eam?
An prior conductor tantũ præstare teneatur,quãtum præstat posterior.ff.lib.50.tt.8.l.2.in prin.
De pensione pro sterilitate temporis minuenda. ff.lib.50.tt.8.l.2.§ fin.
De locatiõe uectigalis reipub.uide ꝛ cap.10.li.eod.

¶ III. De *actionibus aduersus ciuitatem competentibus.*

Aduersus quos competant?
De duumuiris.ff.lib.44.tt.7.l.34. § fin.
De eo qui administrationis tẽpore solui cõstituit, uel nouatiõe facta cauit.ff.l.50.tt.8.l.4.§ in eum.
Quamdiu competat?
Ex contractu alicuius magistratus annalis etiam post annũ actio cõperit.ff.li.44.tt.7.l.34.§ fin.

DE RE FRVMENTARIA: ITEM de operibus publicis & priuatis,& de aquæductu. Cap.21.

¶ I. De *re frumentaria annona.*

1 *De debito frumentariæ pecuniæ.*

Quid,& quantum soluendum?de commodorum cõmodis,& de usurarum usuris.ff.lib.50.tt.8.l. 2. § si indemnitas.
De compensatione opponenda.
ff.lib.50.tt.8.l.2.§ ad frumenti.
Quando soluendum?Statim.ff.lib.50.tt.8.l.2.§ frumentariæ.

2 *De frumento ciuibus uendendo & distribuendo.*

Quanti uendendum?ff.lib.48.tt.12.l.3.in prin.li.50. tt.j.l.8.tt.8.l.6.in prin.
Ius non est ordini, precium grani quod inuehitur, statuere.ff.lib.48.tt.12.l.3.
De distribuẽdo frumento. C.lib.11.tt.24.tt.27.l.2.

3 *Si frumentum emptori ablatum est.*

Eius æstimatio restituẽda est quę pũblicis rationib. refertur.ff.lib.50.tt.8.l.2.§ grani æstimationem.

4 *Si de frumentaria ratione quid in alium usum sit conuersum.*

ff.lib.50.tt.8.l.2. § quod de frument. § si autem frument.C.lib.11.tt.22.l.3.tt.23.l.j.l.2.

5 *De publica accusatione, si quis contra annonam fecerit.*

ff.lib.48.tt.12.

Causæ ex quibus datur.
Si quis contra annonam fecerit,societatẽ ue coierit quò annona carior fiat.l.2.in prin.
Si quis nauem nautamq; retinet, aut dolo malo faciat quò magis detineatur.l.2.§ fin.
Si corruptas merces supprimit,uel fructus suos ꝛ quis precijs uendere nolit, dum minus uberes prouentus expectat.ff.lib.47.tt.11.l.6.in prin.
Si frateris adulterinis annonam onerat. ff. lib. 47. tt.11.l.6.§ onerant.

Quibus datur?
De mulieribus.l.3.§ fin.
De seruo aduersus dominum.l.j.

Quæ pœna ueniat in hoc iudicium?
l.2.§ fin.lib.47.tt.11.l.6.

6 *De canone frumentario.*

Vrbis Romæ.C.lib.11.tt.22.
Constantinopolitanæ.C.lib.11.tt.23.
Alexandriæ.C.lib.11.tt.27.

¶ II. De *operibus publicis.*

ff. lib.50.tt.10.C.lib.8.tt.12.
De hiscè sine permissu principis non faciendis. ff. l.3.l.6.C.l.4.l.12.
De perficiendis et restaurandis uetustis antequam noua inchoentur.C.l.21.
De diruendis ædificijs priuatorum operis publici gratia.C.l.8.l.15.

DE LOCATIONE OPERIS PVblici extruendi,*sine cautione non est committenda extructio.*

ff.tt.8.l.10.§ imperator.
Quid ueniat in actionem locati,quæ datur aduersus fideiussorem conductoris.De usuris. ff. tt. 8. l.2.§ conductor.
De uitiosa ædificatione,quis,& quamdiu eam præstabit.C.l.7.
De inscriptione nominis eius cuius liberalitate opus factum est.ff.l.2.in prin.l.7.§ si quis.
De inscriptione alterius nominis. ff. l. 2.§ fin.l.3.§ fin.l.4.C.l.9.
De nomine inscripto non eradendo.ff.l.2.§ fin.
Quib.sumptibus reparãda. C.l.18,uide ꝛ de muris.

De operibus publicis sibi non usurpandis. C. l.3. l.19.l.20.
De turribus & muris eorum usui,in quorum terris extructi sunt,deputandis.C.l.17.
Si princeps alicui opus publicum concesserit.C. l. 14.
Ne prouinciarum rectores & cæteri discussores sint publicorum operum.C.tt.13.l. j.in princip.ſ final.
Quatenus,quis,& cui obstrictus sit operum nomine, ad cuius spectet notionem. ff. l. 2. ſ j. C.l.2.
De parariſijs,hoc est,ędificijs quę operib.publicis cohærent, diruendis.C.l.13.
De basilica.C.l.20.
De Statuis & imaginibus.
ff.tt.12.l.12.lib.44.tt.j.l.23.C.l.15.lib.j.tt.24.
De muris & mœnijs ciuitatis.
Inst.lib.2.tt.j.ſ sanctæ quoque,ff.lib.j.tt. 8. l. j. ſ j.l.8.ſ final.l. 9. ſ muros.l.11.lib.48.tt.13.l.11. C.l 10.l.11.
Quibus sumptibus mœnia reparanda? C.l.10.l.11.l. 17.lib.11.tt.31.l.3.in prin.tt.69.l.3.

¶ III. De *ædificijs priuatis.*

C.lib.8.tt.10.
Domum suam cuiq; reficere licet, dummodò non officiat alteri.l.61.ff.de reg.iuris.
Quilibet potest locum proprium muro circumdare.l.10.
De spacio relinquendo inter publicas & priuatas ædes.l.9.
De mœnianis ædificandis,quantum alter ab altero distabit.l.11.
Ne altius tollendo ædes prospectus in mare impediatur.Nouell.c.63.l.165.
De balneo extruendo.l.j.
De ædificijs non destruendis, ne publicus deformetur aspectus.l.2.ff.lib.18.tt.j.l.52.
De domibus diutis reparandis.l.3.l.8.lib. 11. tt. 29. l.4.
De ornatu ædificij non auferendo, nec transferendo.l.2.l.6.l.7.
De pensione præstãda pro ædibus in solo reipub. ædificatis.C.lib.11.tt.69.l.j.
De diruendis ædificijs quæ in publico loco extructa sunt.tt.12.l.5.l.16.
De parariſijs diruendis.tt.12.l.13.

¶ IIII. De *aquæductu.*

De extruendis aquęductibus, scilicet de arboribus ab utraque parte serendis & excidendis. item de fistulis.l.j.ſ fin.l.6.ſ super his. l. 10. ſ hoc etiam præcipimus.
De aquarumductibus repurgandis.l.j.
De pecunia ad aquæductum reparandum destinata,l.7.l.8.
De fonte publico qui priuatus factus est, rursus reipub.restituendo.l.9.
De aquarijs,uel aquarum custodibus.l.6.ſ fin.l.10. ſ uniuersos.
De utendo aqua & deriuando eam ex publico aquęductu in suum fundum.l.2.l.3.l.4.l.5.l.6.in pr. l.7.in fine.l.10.l.11.
Est insuper inter res ciuitatis Numisma, de cuius ualore,uide C.lib.11.tt.10.

DE MVNERIBVS ET HONORIBVS. ff. lib. 50. tt. 4. C. lib. 50, tt. 40. cum sequentib. Cap. 22.

Hactenus personæ, & res ciuitatum: sequuntur nunc ciuitatum actus, qui sunt munera & honores: sed est etiam actus ciuitatis, consultatio de publica utilitate, de qua C.lib.10.tt.63.l.5.

1 *Definitio* Honoris.ff.l.4.in prin.
Muneris.ff.tt.16.l.18.l.194.l.214.
2 *Genus.* Honos munus non est.ff.l.12.
3 *Diuisiones munerum, & species.*
In publica & priuata.
ff.l.14.ſ j.
Definitio publici muneris.ff.l.14.ſ j.tt.16.l. 239. ſ munus.
Species publici muneris.ff.l.4.in prin.l.18.ſ hæc omnia.lib.5.tt.j.l.78.
In patrimonialia, personalia & mixta.
ff.l.j.in prin.l.6.ſ sciendum,l.18.in prin.
De patrimonialibus.
Definitio.l.j.ſ illud tenendum. l.18. ſ patrimoniorum.
Diuisio.ff.l.6.ſ fin.l.18.ſ patrimoniorum.la 2. usq; ad ſ mixta.
Propria.ff.l.6.ſ fin.
Species.ff.l.j.in prin.l.3. ſ decaprotos. usque ad ſ præses.l.14.ſ uiarum.l. 18. ſ patrimoniorum. C. tt.41.l.4.l.8.l.10.
De personalibus.
Definitio.ff.l.j.ſ illud tenendum.l.18.ſ j.
Species.ff.l.j.ſ j.ſ æqui pers.usq; ad fin. legis.l.18.ſ j.usq; ad ſ patrimoniorum.
De mixtis.
Species.ff.l.18.ſ mixta.
4 *De muneribus & honoribus iniungendis, & nominatione facienda.*
1 *Ad cuius curam spectet munerum iniunctio?*
ff.l.3.ſ præses.
2 *Quando nominatio facienda?*
Ante tres menses quàm administratio suscipienda est,ut nominatus excusationem,si quam habet, opponere possit.C.lib.j.tt.54.l.j.
3 *Modus iniungendi, & iniungentis officia.*
Vt decurionibus conuocatis nominatio ad certa munera fiat, eaq; statim in noticiam nominati per officialem perferatur, &c.C.tt.31.l.2.
In primis consideranda est persona eius cui defertur honor seu muneris administratio. item origo natalium,facultate quoque an sufficere in iuncto muneri possint.item lex secundum quã muneribus.quisque fungi debet.ff.l 14. ſ de honoribus.
De inuitum ad munera & honores cogendo. ff.l. 9.tt.5.l.13.ſ qui autem.
4 *Quæ munera iniungenda, uel non.*
De operarum præbitione.C.tt.24.l.j.
Vt principi statuam ponat.ff.tt.12.l.6.ſ fin.
Vt reipub.actum gerat.C.lib.11.tt.36.
De gleba, solle,septem solidorum functione.& aliis huiusmodi collationibus sublatis.C. lib .12. tt.2.l.2.

5 *Quibus*

5 *Quibus iniungenda munera, & ex quibus causis?*

Iniungenda sunt munera municipibus,incolis & alijs de quibus sequitur.

1 De *municipibus.*

ff.lib.50.tt.j.C.tt.38.
1 *Etymologia.*ff.l.j.in prin.tt.16.l.18.ſ fin.
2 *Definitio.*ff.l.j.in prin.tt.16.l.228.
3 *Qui sint municipes, & ex quibus causis fiant.*
Fiunt natiuitate,manumissione & adoptione. ff. l.j.in prin.C.tt.39.l.7.in prin.
De natiuitate.Si natus quis sit ex parentibns eius municipij,municeps est,& muneribus eius loci tenetur. ff.l.j.ſ j. Distinguitur:
Si pater & mater diuersi sint municipij,cuius originem sequatur.ff.l.j.ſ j.usq; ad fin.legis.l. 9. C. tt.38.l.3.
Si mulier habet maritum alterius ciuitatis incolã. ff.l.38.ſ item rescripſ.
Si ex uico natus sit.ff.l.30.
DE MANVMISSIONE libertus, eiusq; liberi intelliguntur eius municipij esse, cuius est patronus.ff.l.6.ſ fin.l.7.l.17.ſ ex causa.l.22.in prin. ſ municipes.l.23.ſ deniq;.l.27.in pr.l.37. ſ libertos.tt.4.l.3.ſ liberti.C.tt.38.l.2.
De adoptione.ff.l.15.ſ fin.l.16.l.17. ſ in adoptiua.
De assũptione originis.ff.l.6.in prin.l.17.ſ error.

2 De *incolis & domicilio.*

ff.lib.50.tt.j.C.tt.39.
1 *Definitio incolæ.*
ff.tt.16.l.239.ſ incola.C.l.7.
2 *Vbi quis domicilium habere dicatur.*
Vbi quis uult,domicilium habere potest.ff.l.31.
De eo qui in pluribus locis negociatur, uel se collocat. ff.l.5.l.6.ſ uiris.l.27.ſ j.usq; ad ſ fin.
De senatoribus.ff.l.22.ſ penult.C.l.8.
De milite.ff.l.23.ſ fin.
De relegato,ff.l.22.ſ relegatus.l.27.ſ fin.
De reliquis,uide sequentia.
3 *An ex incolatu ad munera teneatur?*
C.l.5.l.6. Distinguitur:
Si incolatui renunciauit, & domicilium transtulit.ff.l.20.l.34.C.l.j.
Si in territorio ciuitatis commoratur.C.l.3.
Si in agro moratur.ff.l.35.tt.16.l.239.ſ incola.
Si studiorum causa ibi moretur.C.l.2.
Si filiusfamilias ibi domicilium habeat.ff.l.3.l.4.
Si originem ab urbe Roma habeat.ff.tt.4. l.3.in prin.
Si domum tantum in aliquo loco possideat. ff.l. 17.ſ sola domus.C.l.4.
De reliquis,uide præcedentia:ubi quis domicilio habeat?
4 *Qui incolatus nomine teneantur?*
De liberis incolæ.ff.l.6.ſ filius.l.17.ſ patris.
De libertis,horũq; liberis,quòd teneantur & ibi, ubi patronus habet domicilium.ff.l.6.ſ fin.l. 22. in prin.l.27.in prin.l.37.ſ libertos.
Et ubi ipſi habẽt domicilium.ff.l. 22. ſ municipes. l.37.ſ libertos.
De mulieribus quæ sequuntur domicilia maritorum suorum.ff.l.22.ſ j.l.37.ſ fin.l.38. ſ idem rescripſ.C.l.9.tt.62.l.j.
De sponsa.ff.l.32.
De uidua.ff.l.22.ſ j.

3 *De eo qui possessiones quasdam in aliquo loco habet.*

ff.tt.j.l.17. ſ sola ratio.ſ sola domus.l. 22.ſ fin. tt. 4.l.6.ſ fin.l.18.ſ patrimoniorum.la 2.C.tt.39.l.4. tt.52.l.6.tt.62.

4 *De eo qui fœnus in aliquo loco exercet.*

ff.l.22.ſ fin.

DISTINCTIONES GENERALES.

Vide j cap.prox.itẽ quo ad honores,& lib.j.cap.4.

DE EXCVSATIONIBVS ET immunitatibus. ff.tt.4. Cap. 23.

¶ I. *Causæ ex quibus excusatio à muneribus competit.*

Duplices sunt,pleniores & exiguiores.ff.tt. 5. l. 13. ſ duo.
De fœminis.ff.l.3.ſ corporalia.tt.17.l.2,in prin. C. tt.41.l.9.tt.62.
De minoribus ætate.ff.l.3.ſ decaprotos.l.6. ſ fin. l.8.tt.5.l.2.in prin.tt.17.l.2.ſ fin.
De maioribus 50 annis. ff.l.3. ſ quamuis. ſ cura, l.6.ſ fin.tt.5.l.j.ſ fin.l.2.ſ j.ſ quẽ ita.l.8. in prin. tt.6.l.3.l.5.in prin.usq; ad ſ demonstrat.C.tt. 41. l.5.tt.49.l.3.
De infirmis corpore.ff.l.18.ſ comelelasia.tt.5.l.2. ſ quem ita.ſ corporis.l.13.in prin.tt.6.l.6.in prin. C.tt.50.
De cæco.C.tt.50.l.j.
De surdo & muto.ff.tt.3.l.7.ſ j.
De ijs qui numero liberorum se excusant. ff.l.3.ſ quamuis.ſ cura.l.4.in prin.l.6.ſ fin.tt.5.l.j. ſ j. ſ fin.l.2.ſ j.usq; ad ſ minus.l.8. in prin.l.14.tt. 6. l.5.ſ demonstratur.C.tt.31.l.24.tt.41.l.5.tt.51.l.j. l. 2.l.3.l.5.l.6.tt.63.l.j.tt 67.l.j.
De eo qui antea administrauit,& ad tempus uacationem habet:item quem ordo nondum cõtingit.ff.tt.j.l.17.ſ præscriptio.l.18.tt.4.l. 3.ſ præses. l.14.ſ fin.l.16.ſ fin.tt.5.l.5.l.12.tt.7.l.5.l.7.l.8. in pr. ſ j.l.13.C.tt.31.l.52.tt.40.l.2.l.3.tt.42.l.3.l.4.tt.63. l. 3.tt.65.l.j.
De ordine in muneribus & honoribus iniungendis seruando: & de non continuandis honoribus.ff.tt.j.l.17.ſ præscriptio.l.18.tt.2.l. 7. in prin. tt.4.l.3.ſ præses.l.6.in prin.l.11. in prin.ſ j.l. 14. ſ gerendorum.l.17.in prin.tt.5.l.j. ſ qui in fraudem.tt.7.l.4.ſ ordine.l.7.C.tt.40.l.j.tt. 42.l. tt. 65.l.j.
Honores & munera non ordinationib. sed potioribus iniungenda.ff.tt.2.l.7.in prin.
Si alio munere uel honore fungatur: & ne quis eodem tempore ad duos honores uocetur.ff.tt. j.l.17.ſ præscriptio.tt.4.l.10.tt.5.l.14.ſ fin.tt.10.l. j.ſ fin. C.tt.42.l.1.
Ne duo ex eadem familia ad idem munus uocentur.C.tt.40.l.j.tt.60.l.3.
De ijs qui sunt in dignitate.ff.tt.j.l.22.ſ senator.usque ad ſ fin.l.23.in prin.C.tt.47.l.16.tt.63.l.4.C. lib.8.tt.12.l. 6.
De senatoribus.C.lib.12.tt.j.l.4.l.5.l.7.l.14.
De curialibus.ff.tt.j.l.17.ſ exigendi.C.tt.70.l.14.
De defensoribus reipub.ff.tt.5.l.10.ſ fin.
De magistris & proximis sacrorũ scriniorum. C. lib.12.tt.9.l.j.
De omnib.qui in sacris scrinijs militant.C.lib. 12. tt.19.l.4 l.9.

De decu-

De decurionib.sacri palatij & silentiarijs. C.lib.21. tt.16.l.2.l.3.
De præpositis laborum.C.lib.12.tt.18.l.j.
De palatinis,horumq; liberis.C.lib.12.tt.24.l.j.l.6. l.10.l.13.l.14.tt.29.l.j.l.2.
De cornicularijs præfecturæ.C.lib.12.tt.53.l.j.l.3.
De primiscrinijs & numerarijs prefecti pretorio. C.lib.12.tt.53.l.3.
De comitibus.ff.tt.5.l.12.ſ fin.
De sacerdotibus.ff.tt.5.l.15.in prin.
De apparitoribus magistrorum militum.C.lib.12. tt.55.l.j.
De militibus.ff.l.3. ſ j.l.4.ſ fin.tt.5.l.10. angariarum.tt.j.l.2.ſ fin.C.lib.12.tt.36.
De militibus dimissis.C.tt.54.
De ueteranis.ff.tt.5.l.7.lib.49.tt.18.l.2.l.4.l.5. C. tt. 54.l.3.lib.12.tt.47.l.j.
De liberis ueteranorum.ff.tt.5.l.8. ſ uocationum.
De eo qui reip.causa abest.ff.tt.5.l.4..C.tt.52.l.j.
De procuratoribus absentium reipub.causa. C.tt. 47.l.5.
De legatis.ff.tt.7.l.5.C.tt.63.l.3.l.4.C.tt.47.l.12.ſ legatis.
De nauicularijs annonarijs. ff.l.5.tt.6.l.j.in prin.l. 5.ſ negociatores.usq; ad ſ hoc circa uacat. ſ negociatio.ſ diuus quoq;.ſ fin.
De negociatorib.annonarijs.ff.l.5.tt.5.l.9. ſ fin. tt.6.l.5. ſ negociatores.ſ negociatio. C. tt. 47.l.7.
De eo qui naues marinas fabricat, & ad annonã aliquid præbet.ff.tt.5.l.3
De eo qui tutelas administrat.C.tt.47.l.3.
De artificibus.C.tt.64.
De medicis. ff tt. 6. l. 6. in prin. C. tt.52.l.j.l.5.l.6. l.11.
De quibusdam collegijs & corporibus, ut fabrorum.ff.tt.6.l.5.ſ quibusdam.C.lib.j.tt.2.l.9.lib.11. tt.17.l.j.
De ijs qui res Cæsaris procurant.C.tt.47.l.j.
De omnibus quæ ex aula Cæsaris discedunt.C.li. 12.tt.29.l.3.
De protonotarijs,notarijs & referendarijs,principis.C.tt.47.l.11.l.12.
De agentibus in rebus,horumq; liberis. C.lib.12. tt.29.l.2.
De tabularijs principis.C.lib.12.tt.5.l.2. tt.29.l.2.
De chartularijs largitionalium titulorum.C.tt.23. l.3. in prin.
De Boethis,logistis,&c.C.tt.69.l.4.
De protectoribus & præpositis .C.tt.47.l.2.
De uenatoribus.ff.tt.6.l.6.C.tt.47.l.6.
De prædijs proprijs,& emphyteuticis principis. C.tt.47.l.10.l.15.lib.11.tt.64.l.j.2.3.tt.74.
De rebus fisci.C.lib.11.tt.73.l.3.
De colonis prædiorum fisci.ff.tt.j.l.38.ſ j.item Cæsaris.ff.tt.6.l.5.ſ coloni.C.lib.11.tt.67.l.j.
De conductore uectigalium fisci.ff.tt.5.l. 8. ſ j. tt. 6.l.5.ſ conductores.C.tt.55.
De eo qui maiorum onerum euitandorum gratia ad colonos prædiorum se transtulit.ff.tt.5.l.j. ſ qui in fraudem.
De mensoribus frumenti.ff.tt.5.l.10.ſ j.tt..6.l.6.in prin.
De professoribus.ff.tt.5.l.9.l.10.ſ angariorum. C. tt.52.l.2.l.4.l.6.l.7.l.11.
De legum doctorib.C.tt.52.l.6.
De grammaticis & oratorib.C.tt.52.l.2.l.6.l.11.
De philosophis.ff.tt.5.l.8.ſ philosophis.C.tt.41. l. 6.tt.52.l.8.l.11.
De poetis.C.tt.52.l.3.
De ludimagistris.ff.l.11.ſ fin.tt.5.l.2.ſ fin.
De calculatoribus.C.tt.52.l.4.
De Hydraulis.C.tt.47.l.4.
De Athletis.C.tt.53.
De officinis seu tabernis urbis Cõstantinopolitanæ.Nouell.c.43.
De studiosis literarum.C.tt.49.l.j.l.2.
De libertis.C.tt.56.ff.tt.j.l.17.in prin.ſ j.
De eo qui ob agendam causam in principali iudicio abest.ff.tt.5.l.8.ſ fin.
De infamibus.C.tt. 57.
De in metallum datis & restitutis.ff.l.3.ſ si in metallum.
De captiuis & postliminiò reuersis. ff. tt. j.l. 17. ſ postliminiò.
De eo cui muneribus est interdictum.ff.lib.48.tt. 7.l.3.ſ fin.
De eo qui pecuniam pro administratione offert. ff.l.16.in prin.ſ j.C.tt.47.l.9.
De eo qui ne honoribus fungeretur, opus promisit.ff.tt.12.l.12.ſ fin.
De eo qui antea maioribus honoribus functus est,ne ad minores uocetur.C.tt.42.
Incola alterius loci non excusatur à muneribus suæ originis,& cõtrà.ff.tt.j.l.29.tt.4.l.3. in prin. C.tt.38.l.j.l.3.uide insuper ẽ cap.precedente.
De pauperibus,& ne quis ultra bona sua oneretur.ff.tt.j.l.15.ſ in fraudem.l.21.ſ idem respodit. la 3.tt.4.l.3.ſ libertos.l.4.ſ j.ſ inopis.l.6. in pr. tr.5.l.2.ſ fin.l.10.ſ auctis.C.tt.42.l.4.tt.51.l.4.l.6. ſ final.
Si propter inimicitias creatus sit.C.tt.66. l.j.
Si pœnæ nomine curiæ datus sit.C.tt.31.l.38.
Si pater in nominationem filij non consentiat. ff.l.3.ſ quod pater.la j.l.14..ſ plebeij.
Si pater pro filio munus suscipere paratus sit.ff.li. 3. ſ filio.
Si nolit amplius esse originarius.C.tt.38.l.4.
De reliquis.ff.tt.6.l.6.C.tt.47.l.7.l.12.l.14.

DISTINCTIONES EXCVSATIONUM *generales.*

Si is cui excusatio competit, promisit se munera suscepturum.ff.tt.j.l.17.ſ error.
Si assumat originem.ff.tt.j.l.6.in prin.
Si sponte munera suscepit,nec excusationem opposuit.ff.tt.5.l.13.ſ fin.tt.6.l.2.in prin.lib.49.tt.18. l.2.C.tt.43.
Si honorem decurionatus agnouerit. ff. tt. 6. l.5.ſ final.
Si nominatus non appellauit, uel appellationem non suo tempore est prosequutus.ff.tt. 5. l. j. in prin.usq; ad ſ qui in fraudem.lib.49.tt. 4..l. j. ſ si quis tutor.uers.alia.C.tt.41.l.4.lib.7.tt.62.l.4. l.7.l.11.l.27.tt.64.l.8.
Si penuria sit eorum qui magistratum suscipiunt. ff.l.11.ſ quoties penuria.l.14.ſ fin.
Si an tequam priuilegium competijt, nominatus sit.ff.tt.5.l.13.ſ fin.tt.6.l.5.ſ hoc circa.
Si non à principe concessa sit uacatio C,tt.44. l. j. lib.8.tt.12.l.j.

Si decreto

Si decreto decurionum data sit immunitas. C. tt. 46.l.j.
Si minus audiens sit.ff.tt.5.l.2.ſ minus.
Si patrimonij munus sit, excusatio non competit. ff.l.6.ſ fin.l.18.ſ sed & eos qui.tt.5 l.2. ſ patrimoniorũ.l.7.l.10.in pr.lib.49.tt.18.l.2..ſ fin.C.tt. 41. l.2.l.3.l.5.l.6.l.7.l.9.
Si patrimonia discutienda & æstimanda sunt. C. tt.30.l.3.
Si frumenta conferenda sunt.C.tt.27.l.j.
Si uectigalia soluenda sunt.ff.lib.49.tt.18.l.2.ſ fin.
Si trubuta soluenda sunt,uidè ẽ cap 9.lib.eod.
Si portus aqueductus uel muri instaurandi uel extruendi sunt.C.lib.8.tt.12.l.6.
De reliquis muneribus, à quibus excusatio non competit.ff.l.12.l.18.ſ penult.& ult.tt.5.l.2.ſ j.l.6. l.8.in pr.ſ qui muneris.l.11.C.tt.41.l.3.l.10. tt. 45. l.j.tt.48.tt.52.l.6.lib. 11.tt.74.l.4.l.5.lib.j.tt. 2.l. 11. lib.12.tt.51.l.21.

2 *Quibus competit excusatio & immunitas.*

De liberis eius qui immunis est.ff.l.3. ſ quamuis. C.tt.50.l.4.tt.52.l.6.l.11.ſ fin.
Si uacatio liberis,posterisq; sit concessa.ff.l.13.tt.6. l.j.ſ fin.l.4.
De hæredibus.ff.tt.6.l.j.ſ j.C.tt.47.l. 13.
De fratre socio.C.tt.40.l.3.
De uxoribus priuilegiatorũ.C.tt.52.l.6.l.11.ſ final.
De liberis & libertis nauicularij.ff.tt.6. l. 5. ſ immunitati.
De militum cognatis.ff.l.3.ſ j.
De eo qui ex eadem domo ad idem uel aliud munus uocari potest.C.tt.40.l.j.
De reliquis, uidè ẽ causas excusationum.

3 *Apud quem competat?*

ff.tt.j.l.37.in prin.C.tt.45.l.j.

4 *Quomodo competat seu proponenda sit?*

Per appellationem.ff.tt.5.l. j. in prin.C.tt.45.l.j. li. j.tt.45.l.2.

5 *Euentus excusationis propositæ.*

De nihil innouando,nec honoribus gerendis appellatione pendente.ff.l.7.ſ fin.
Vt collega interim utriusq; officium sustineat, uel alius creetur.ff.lib.49.tt.j.l.21.ſ si magistratus. ſ in locum.
Si expensis soluẽdis nominato absoluto.ff.lib.49. tt.j.l.21.ſ si magistratus.C.tt.31.l.2.tt.67.
De damno quod respub. passa est præstando à nominato,si non rectè appellauit.ff.lib.49.tt.j.l.21. ſ si magistratus.tt.10.l.j.

EVENTVS INIVNCTI ET susceptí muneris: ítem officia & iura susćipientis. Cap. 24.

1 DE CAVTIONE REMPVBLIcam saluam fore,à nominato præstanda. *Qui cauere teneantur?*

Ne filius pro patre cauere teneatur. ff. tt.4.l.16.ſ inuitus.tt.8.l.4.ſ filium.
De curatore calendarij.ff.tt.8.l.10. ſ item rescripſ. à curato.

2 *Cuius sumptibus sustinenda onera?*

De sumptib.ex bonis patris filio nominato præstandis, uide paulo inferius uers. de patre nominati.
De sumptibus liberto à patrono præstandis. ff. tt 4.l.3.ſ liberos.
De sumptib.à uitrico nominati prestandis.ff.tt.4. l.3.ſ uitricus.

3 *De sumptib. quos quis ob munus fecit, repetendis.*

ff.tt.8.l.10.ſ item rescripſ.si toto.C.tt.63.l.2.lib.11. tt.37.

4 *De actione quæ competit ex mala muneris administratione.*

1 *Causæ ex quibus datur, uel non.*

De dolo, lata culpa & diligentia.ff.tt.8.l.7.
Si calculi error interuenit.ff.tt.8.l.9.
Si nomina tẽpore curationis deteriora facta sunt, uel antè,an curator teneatur.ff.tt.8.l.10. ſ penultimo.

2 *Aduersus quos datur?*

De patre nominati.ff.tt.j.l.2.in prin.usq; ad ſ fin. l.17.ſ filium.l.21.ſ idem respondit.la 1.ſ penultim.l.38.ſ item rescripſ.la 3.tt.2.l.6.ſ pater. l.7. ſ fin.tt.4.l.3.ſ quod pater.ſ si duo, cum sequent. l. 15. l. 17. ſ j. tt. 8.l.8.lib.17.tt.j.l.60.ſ fin. C.tt.31. l.5.tt.40.l.j.ſ fin.tt.60.l.j.l.2.l.4.tt.61.l.j. lib. 4. tt. 13.l.4.
De patre adoptiuo.ff.tt.j.l.21.ſ itè respondit.la 2.
De patris hæredibus.ff.tt.4.l.15.tt.j.l.21. ſ idem respondit.C.tt.31.l.j.l.48.tt.61.tt.68.
De hæredibus nominati.ff.tt.j. l. 38. ſ imperatores.tt.8.l.10.ſ j.ſ 5.tt.10.l.j.in prin.C.lib.11.tt.35.l. j.l.4.
De nominatore.ff.tt.j.l.11.ſ quòd si fortè l.13.l.15. ſ in eum.l.17.ſ nominati.ſ fin.tt.4.l.14. ſ plebeij. tt.8.l.2.ſ si eo tempore.C.tt.60.l.4.lib.11. tt.33. tt. 55.l.2.l.3.l. 4.
De fideiussoribus.ff.tt.j.l.17.ſ fin.l.38.ſ imperatores.C.lib.11.tt.34.tt.35.l.2.
De pignoribus quæ dedit fideiussor.ff. tt. 8.l. 4. ſ final.
De collega.ff.tt.j.l.11.l.12.l.13.l.21.in pr.tt.8. l. 2. ſ his reipub.l.3.l.4.in prin.l.10.ſ item rescripſ.curatorem.C.lib.4.tt.19.l.3.lib.11.tt.35.
De successore in munus uel honorem.ff.tt.j.l.36.ſ Titius.tt.8.l.4.ſ j.ſ idem in uectig.C.tt.31.l.23.
De uxore nominati.C.tt.32.l.11.
De fratre socio.C.tt.31.l.7.
De eo qui cum posset hac actione agere, nõ egit. C.lib.11.tt.33.

3 *Quid ueniat in hanc actionem?*

De usuris.ff.tt.j.l.21.ſ Paulus.l.24.tt.8.l.10. in prin. ſ fin.C.lib.11.tt.38.
Curatores si in distrahendis bonis negligenter se gesserint,in simplum:si per fraudem,in duplum tenentur.ff.tt.8.l.10.ſ 5.

4 *Euentus.*

De actione condemnato aduersus collegam uel eius hæredes præstanda.ff.tt.j.l.12.tt.8.l.2.ſ actio autem.

DE CVRSV PVBLICO. C.lib.12.tt.51. Cap.2ª.

1 *Ad cuius curam & officium pertineat munus cursus publici.*

De agentibus in rebus.tt.23.l.2.l. 4.

2 *Quibus exhibitio cursus publici est committenda?*

l.14.l.22.ſ fin.

3 *Qui teneantur ad onus cursus publici?*

l.3.in prin.l.19.l.21.l.22.

4 De per-

4 *De personis cursus publici.*
De ijs qui exhibent cursum publicum. l. 14. l. 22. ſ final.
De mulione euectioni deputato non subtrahendo. l. 17.
De stabularijs & equorum curatoribus, ne à uere darijs spolientur. l. 13.
5 *De rebus cursus publici.*
De equis cursus publici: de illis flagello tantum agitandis. l. j.
De illis ad alios usus non usurpandis. l. 2. in prin. l. 10.
De equorum stabulis. l. 7.
De equorum pabulis. l. 18.
De ornatu equestri, sella, frenis & auerta. l. 12.
De curribus reparandis. l. 7. in prin.
6 *De ipso cursu publico.*
Quibus competat ius utẽdi publici cursus. l. 2. l. 6. l. 9. l. 10. l. 11. l. 16. l. 20. tt. 58. l. 2. Pœna, si quis ius utẽdi non habens eo utatur. l. 6.
Quis euehet: Si quis non eo qui euectioni præpositus est, sed alio auriga utatur. l. 4. ſ fin.
Antecedentia. De serie euectionis inspiciendo. l. 3. in prin.
De loco euectionis: Si per uiam illicitam publico cursu quis sit usus. l. 3.
Quot utendũ curribus & equis à singulis, & pœna si contrà fiat. l. 4. l. 15. l. 23.
Singulis diebus deni cursus ex utraq; parte dimittendi. l. 8.

FINIS LIBRI TERTII ET VLTIMI
Partis primæ de iure publico.

METHODI IVRIS CIVILIS

PARS SECVNDA.

DE IVRE QVOD IN PERSONIS HABEmus, cum suis causis & actionibus.

AD DN. MATTIAM HELDT EQUITEM AVRATVM, DOCTOREM IVRIS, ac Cæsareæ Maiestatis Consiliarium, NICOLAI VIGELII De praxi iuris ciuilis,

PRAEFATIO.

VM superioribus annis, Vir clarissime agerem Spiræ, D. MELCHIOR SVVARTZENBEGIVS, uir tui amantissimus, multa mihi de tuo singulari erga Iurisprudẽtiæ studiũ amore prædicauit, inter cætera narrans te ad scholam publicam instituendam multa millia florenorum legasse. Gratulor ergo egregiæ tuæ erga literarum studia uoluntati, lætorq; superesse adhuc uiros in Germania, quib. iuris studia curæ sunt, præsertim hoc tempore quo usus eius uel ob solam litium ferè immortalitatem est corruptissimus. Ego quidem quãtum scribẽdis libris possũ, laboro sedulò, ut & cognitio iuris facilior, & usus eius in foro expeditior fiat: cũq; illud meliore methodo, hoc certiore praxi effici posse putẽ, Methodum iuris ciuilis conscribere decreui, cuius iam secundã & tertiam emitto partẽ: eaq; quæ ad Praxin mihi proficere uidentur, uel in præfationibus soleo adijcere, quo studiosis iurisprudẽtiæ methodus & praxis iuris simul innotescat. Praxis aũt seu usus Iurisprudentiæ in duobus potissimùm consistere mihi uidetur: in consultatione nimirum, & iudicio. Nam quid apud iudicem proponendũ sit, de eo cõsultatur, iudicatur autẽ de proposito: illud quidem aduocatorũ, hoc uerò iudicũ munus est. De utroq; hic præfationis loco pauca dicã, & primùm de cõsultatione.

Cùm in omni uita, tum in iudicijs præsertim, nihil à nobis agendũ, nihilq; proponendũ est, cuius non possimus rationem aliquam probabilem reddere. Qui ergo alterũ in ius uocat, & quid sibi ab eo dari uel fieri petit, certam eius suæ petitionis, & in iure fundatam rationẽ debet adferre. Vt enim certa res quæ petitur, ita certa quoq; causa ex qua petitur, ab actore in libello designãda est, quo & certa responsio ab aduersario dari, & certa sentẽtia à iudice ferri possit. Causa etiam ista uel ratio, quam actor adfert, iure debet esse subnixa. Nam res uindicantẽ ab emptore (inquit textus) suos numeratos nummos asseuerantem, erga probationẽ laborare nõ conuenit: eum siquidẽ huiusmodi licet probetur factum, tamen intentioni nullum præbet

præbet adminiculum. Actor igitur aut tanquam dominus rem sibi restitui petet, aut tãquam hæres, aut tanquam sibi pignori obligatam, ui uel furto ablatã: aut tanquam à se depositam, commodatam, conductam, emptam, &c. Quo autem istiusmodi certam aliquam & in iure fundatam suæ petitionis rationẽ possit inuenire, causa præsens illi probè perspecta, actionumq; genera ei debent esse nota. Nihil enim aliud actiones sunt, quàm iura persequendi iudicio, quod nobis debetur. Sæpè autem euenit, ut eidem plures rationes, plures actiones & iura experiundi competant: quo casu unũ ex omnibus eligendum: aut si possit & expediat, omnia in uno libello cumulanda erunt. Vt autem actor certam suæ petitionis & in iure fundatam rationem proponere debet: ita certam quoq; & in iure fundatam exceptionem reus debet opponere. Quodcunq; autem ius elegerit actor, quamcunq; proposuerit actionẽ, ea uarijs modis à legibus distincta erit, certisq; circumsepta limitibus quos ei qui ista actione utitur, egredi nõ licebit: puta, repetit quis dotem, quam pro muliere dederat, sibiq; eam mortua in matrimonio muliere reddi stipulatus erat. Iustissima est hæc ex stipulatu actio, & repetitionis ratio. Quid enim tam congruum fidei humanæ, quàm ea quæ inter eos placuerint seruare? Sed quid si inutiliter dotem sibi reddi stipulatus est actor? quid si reddi tantũ, non specialiter sibi reddi stipulatus est? quod si post datam demũ dotem, eam sibi non consentiente muliere reddi pactus est? quid si postea pactum in contrarium de retinenda dote factum est? quid si res dotalis sine culpa mariti perijt? quid si res aliena in dotem data, euicta sit? Certè hisce omnibus, alijsq; similibus casibus ius, quo actor experitur, distinguitur, eiq; denegatur actio. Qui ergo reus conuentus de exceptione actori opponẽda consultat, ius quo actor experitur, & in quo disputatio præsens uersatur, eiusq; distinctiones, totamq; actionis propositæ naturã penitus cognitã, perspectamq; debet habere. Eadem replicationis, duplicationis, triplicationis inquirendæ ratio est. Nam nulla ferè exceptio à reo conuento potest opponi, quæ non etiam perinde ut actio suas habet distinctiones, suosq; limites à legibus positos, quos egredi non licet. Nam fingamus reum conuentum, contra prædictam ex stipulatu de dote actionem excipere hoc modo: Si non postea pactum in cõtrarium de non repetenda dote factũ esset, profectò iusta est hæc exceptio, cum apertissimi iuris sit, pacto posteriore prius tolli. Sed quid si fideiussore pacisceẽte, ne à sere petatur, reus conueniatur? quid si altero hæredũ creditoris pacisceẽte ne repetat, alter agat? quid si pupillus pactus sit, ne petat? quid si error aut dolus in pacto posteriore interuenit? quid si posteriore pacto sub certa conditione facto, cõditio defecerit, &c. profectò hisce atq; huiusmodi alijs casib. ius exceptionis oppositæ distinguitur, eiq; per istas species derogatur, daturq; actori aduersus pacti conuenti exceptionem replicatio. Qui ergo exceptionem quærit, ius ex quo agitur: qui replicationem, ius ex quo excipitur: qui duplicationẽ, ius ex quo replicatur, cum omnibus eius distinctionibus scire: & utrum aliqua istarũ distinctionũ causæ suæ insit, attẽdere debet. Quare omnis qui feliciter de causa aliqua consultare, exceptiones & argumenta in causis latentia inuenire uolet, non solum factum, sed & ius probè nosse debet: alioquin non multum ei, quamuis erudito & acuto, proderunt ad inueniendum loci ex quibus argumenta promuntur. Fecit quis testamentum coram tribus saltem testibus, filio suo præterito: quod testamentum postea mutauit. Profectò si is qui ex hoc testamento conuenitur, nesciat septem testes in testamento requiri, item ut filius uel nominatim exhæredetur, uel ex aliqua parte hæres instituatur, putetq; ut in contractibus, ita in testamentis quoq; pœnitentiæ locum non esse: hic quamuis diligentissimè causæ circumstantias perlustret, personas testium, cõsequentia, & alia quæ causæ insunt cõsideret: tamẽ nec trium saltẽ testium, nec filij præteriti, nec testamenti mutati exceptionem facilè uidere poterit. quemadmodum nec is cuius bona ui rapta sunt, si ignoret, ui bonorum raptorum nomine actionem in quadruplum à iure dari, in quadruplum experietur. Vt igitur nemo facilè ægroto, quamuis eius naturã & cõplexionem, morbi etiam genus & causam probè norit, mederi poterit, nisi insuper artis medicæ fuerit peritus: ita quoq; non facilè ius agendi, excipiendi, ac defendendæ causæ consilium, quamuis causam per omnes circumstantias & qualitates habeat cognitam, poterit inuenire is, qui iuris scientia non est instructus. Quod & in omni alia consultatione

obtinet. Quid enim boni ille de re militari consulet, qui rei militaris scientiam nullam habet? quid de repub. benè instituenda consulere potest is, qui reipub. gerendæ & gubernandæ scientiam sibi nec doctrina nec usu comparauit? In omni itaq; consultatione duo hæc nobis tenenda sunt: nimirum ut & eius artis, ad quam consultatio præsens spectat, habeamus scientiam, & præsentis rei seu causæ statum ac conditionem noscamus. Quas duas res si habuerimus, facile quid utile in re sit, & quomodo effici possit, poterimus uidere. Hæc quidem de consultatione paulo copiosius differui, nõ quidem quòd uel dubia ea uel obscura existimauerim: sed ut eos qui totam uitam in dialecticis & rhetoricis consumunt, commonefecerem, parum sibi locos inuentionis, quos dialectici & rhetores præscribunt, ad inueniendum profuturos, nisi & alias artes atq; scientias addiscant. Quod quidem & ex eo intelligi potest, quod ij qui rerum experientiam habent, sæpè scitius argumenta inueniant, melioraq; dent consilia, quàm ij qui dictos inuentionis locos optimè callent. Isti ergo loci tum demum nobis ad inueniendum prodesse possunt, cum alias etiam artes atq; scientias addiderimus. Porrò ex prædictis patet, causę aduocatũ non solùm linguam uerbis, sed & mentem iuris scientia instructam habere debere, nec causam propositam ignorare. tunc enim si singulas causæ circumstantias diligenter perlustrabit, quasi lumine tenebris admoto, actiones, exceptiones & argumenta in causa latentia illi apparebũt, & quid sibi apud iudicem proponendum sit sciet. Iuris autem scientiam secum in forum deferre debet: neq; ut quæq; res ad eum delata erit, tum demũ iura ex quibus agendum & excipiendum illi est, addiscere. Planè excepturus cõtra actionẽ obseruabit, in quo loco ius seu actio, qua actor experitur, descripta sit: ad eum locum si peruenerit, eũq; diligenter perlegerit, ultrò illi exceptiones, replicæ, duplicæ occurrent: nec opus illi erit ad infinitum Commentariorũ pelagus confugere, cum uniuscuiusq; actionis natura cum suis distinctionibus & subdistinctionibus à iure in tribus uel quatuor pagínis sit descripta. Proderit etiam illi ad faciliorem iuris cognitionem (ni fallor) Methodus iuris ciuilis, quam nunc sum aggressus.

Sed de iudicio, altera practices specie, nunc dicã. Sciendum est igitur, duplex esse iudicium: aliud siquidem stulti hominis iudicium est, aliud uiri sapientis: differtq; hoc ab illo, quemadmodum scientia ab opinione, ratio ab affectu. Nam uir sapiens certa scientia iudicat, stultus autem inani quadam persuasione & opinione incerta: ille ratiocinatur, hic rapitur affectibus ad pronunciandum. Conqueritur apud iudicẽ Seia: Quamuis ipsa se patri suo quoad uixerit obsequentem & morigeram sedulò prębuerit, omnia quæ patri grata fore putasset egerit, summoq; studio in hoc incubuerit semper, ne ullo modo animum eius offenderet: tamen anno superiori immerentem se ab eo falsa quorundam maleuolorum persuasione instimulato, contra omne ius & pietatis officium testamento exhæredatam, fratre suo Titio ex asse hærede iustituto. Petere itaq; se, ut iudex dictum patris testamentum tanquam inofficiosum rescindere, & sibi ab intestato succedendi locum facere uelit, ne in totum à paterna substantia excludatur: non sanæ mentis fuisse patrem cum ordinasset testamentum, immerentẽ se contra ius naturæ & pietatis officium exhæredatam: nihil aliunde quo inopem uitam sustentare queat se habere, si à paterna successione excluderetur: se ex ditissimo patre natam, ad imam detrudi paupertatem: uitam sibi amaram, mortem optatam fore. Implorare sese fidem, iusticiam & misericordiam iudicis, &c. Iudex sapiens ac doctus de hac actione iudicaturus, nec uerbis nec lachrymis mulieris mouetur, nec pauperis miseretur in iudicio, ut & sacra scriptura præcipit: sed ratiocinatur ita,

Pater inofficiosẽ exhæredauit filiam. Ergo

Testamentum eius tanquam inofficiosum rescindendum.

Ad hanc actionẽ ut iure subsistenteẽ, audit rei cõuenti responsum. Reus aũt, frater actricis, hæres scriptus, ita respõdet: Ius uetus est, domine iudex, nec nostra ætate abolitũ, quo permittitur militib. quo cũq; uelint modo testari, adeò ut & liberos suos præterire, & sine causa exhæredare possint, inofficiosi querela in illorũ testamẽtis penitùs cessante. Pater actricis, idẽq; pater meus, ab ineunte ætate militiã armatã secutus, superiori anno in expeditione Imperatoris contra regẽ Galliæ miles ęger corpore factus, sanus tamen mẽte, testamentũ suum ordinauit: cumq; me amore, sororẽ meam odio

odio summo prosequeretur, eam in testamento exhæredauit, me hæredem instituit, hæredẽ quem uoluit nuncupauit, quam noluit exhæredauit, postea proximo sequẽti mense in eadem expeditione mortuus est. Possem iustam exhæredationis causam, quæ etiam in pagano probaretur, si opus esset, allegare: uerùm malo nunc parcere famæ sororis, quàm plura pro causa mea dicere. Sufficiat iudici, quòd & legi satis est, testatorem fuisse militem, &c. iudex de hac exceptione iudicaturus, eam in syllogismũ redigit hoc modo:

Contra testamentum militare inofficiosi querela non est admittenda.

Sed hoc testamentum est militare. Ergo,

Contra hoc testamentum querela inofficiosi non est admittenda.

Circa personam serui proprij uel alieni hęredis instituti, uide suprà cap. 6. De seruis proprijs, &c. cum sequentibus.

6. *Circa rem relictam.*

Si res relicta interierit. C. tt. 50. § & cum triplici.

Si hæreditas non fuerit adita. ff. lib. 28. tt. 3. l. 1. § fin. lib. 29. tt. 1. l. 14. C. tt. 50. § in nouissimo. item l. si nemo. ff. de reg. iuris. Distinctiones huius loci, uide in De repudianda & amittenda hæreditate, lib. prox.

7. *Circa conditionem.*

Si conditio institutionis defecerit uel extiterit, uide infrà lib. 14. huius Methodi, cap.

8. *Circa ipsum testamentum & testamenti tabulas.*

De mutato testamento, uide suprà De mutata uoluntate, cap. eod.

Si post solennia mutatur aliquid, uel obscurius nuncupatum, scriptum ue explanatur, uel aliquid etiam additur. ff. li. 28. tt. 1. l. 21. § si quid post, usque ad § in testamentis. C. tt. 23. l. 12. Vide suprà cap. 5. De interletis, inductis, &c.

Si signa uel linum fuerint turbata, incisa, uel resignata. ff. lib. 28. tt. 1. l. 22. § si signa. l. 23. tt. 3. l. 20. lib. 37. tt. 11. l. 1. § si linum, usque ad finem legis. l. 7. C. tt. 23. l. 30.

Si rescriptum cõtra testamentum impetratum sit. C. tt. 23. l. 10.

Si amissæ sint tabulæ, uel subtractæ. ff. lib. 28. tt. 4. l. 1. § sed consulto. lib. 29. tt. 3. l. 10. § fin. lib. 37. tt. 2. l. 1. § fin. tt. 11. l. 1. § sufficit, usque ad § exigit. C. tt. 23. l. 2. l. 11.

DE TESTAMENTO MILITARI. Inst. tt. 11. ff. lib. 29. tt. 1. C. tt. 21. Cap. 13.

1. *An si contra regulas iuris uel nuda uoluntate testamentum suum miles fecit, ex eo detur actio?*

Inst. in prin. ff. l. 1. l. 2. l. 15. § sicut. l. 34. § fin. l. 35. C. l. 1. § fin. l. 5. l. 14. l. 15. in prin.

Distinguitur:

1. *Ex specie regulæ contra quam testatus est miles.*

Si surdus & mutus testamẽtum fecit. Inst. § quinimò. ff. l. 4.

Si filiusfamiliâs, uel is qui incertus est an sui iuris sit, testatus est, uide suprà cap. 3. uers. de filiofamiliâs. cum sequentibus.

Si pupillus miles testatus est. C. l. 18.

Si is qui in hostium potestate est. ff. l. 10.

Si damnatus ex militari delicto testatus est. ff. l. 11. in prin. C. l. 13. ff. lib. 28. tt. 3. l. 6. § irritum. lib. 38. tt. 12. l. 1.

Si eum instituit hæredem, cum quo testamenti factio non est, & qui capere non potest. ff. l. 13. § de portati. C. l. 5.

Si plures quàm unum seruum necessarium hæredem instituit. ff. l. 15. in prin.

Si de alijs bonis quàm castrensibus testatus est. C. l. 13.

Si de bonis filij sui testatus est, nec sibi testamentum fecit. ff. l. 15. § miles. l. 41. § fin.

Si filio exhæredato uel emancipato substituit. ff. l. 41. § exhæredato.

Si extraneo, cui si hæres extiterit, substitui non potest, substituit. ff. l. 5. C. l. 6.

Si de bonis paternis testatus est. ff. l. 11. § fin. l. 12. l. 13. in prin.

Si certarum rerum hęredem instituit: & pro parte testatus, pro parte intestatus decesserit. ff. l. 17. in prin. uide in, Quid quantumq; ueniat.

Si captatorì è instituat. C. l. 11.

Si erret, seruum proprium, quem liberum esse putabat, sine libertate instituendo. ff. l. 13. § si seruum.

Si ex tempore uel ad tempus hæredem instituat. ff. l. 15. § miles. l. 41. in prin. C. l. 8.

Si in codicillis hæredem instituit. ff. l. 19. in prin. l. 36. in prin.

Si liberos suos præterierit. Inst. tt. 13. § sed si in expeditione. ff. l. 7. 8. 9. l. 33. l. 36. § miles. in l. 39. C. l. 9. l. 10.

Si patrem præterierit. ff. l. 29. § fin. l. 30.

Si mulieri in quam turpis cadit suspicio, & quæ stupro à milite cognita est, aliquid reliquerit. ff. l. 41. § mulier. lib. 34. tt. 9. l. 14.

Si fundum dotalem legauit. ff. l. 16.

Si tutorem ei, qui in aliena potestate est, dederit. ff. l. 28. l. 41. § mulier.

Si eum testamento manumiserit, cuius libertas alia qua lege impeditur. ff. l. 29. § 1.

Si minor annis testamento manumiserit. C. l. 4.

Si seruum suum libertũ appellauerit in testamento, an ex eo uideatur manumissus. C. l. 7.

Si in clypeo sanguine, uel in puluere gladio moriens scripserit. C. l. 15. § fin.

Si inter dictandum mortuus sit. ff. l. 40. in prin.

Si alius se in militis testamento scripsit hæredem. ff. l. 15. § si quis se.

Si posterius eius testamentum non fuerit perfectum, nec solenniter uoluntatem mutet. ff. l. 13. in prin. l. 15. § sicut. l. 17. § si eodem. l. 34. § militia. l. 36. § ueteranus.

Si duo testamenta fecerit æquè ualitura. ff. l. 19. in prin.

De reliquis quæ post testamentum factum contra regulas iuris eueniunt, uide in Ex consequentibus, eodem cap.

2. *Ex persona testatoris militis.*

De milite qui est in hostium potestate. ff. l. 10.

De damnato ex militari delicto. ff. l. 11. in prin. suprà lib. 28. tt. 3. l. 6. § irritum.

De eo qui nondum in numeros est relatus. ff. l. 42. 43. lib. 27. tt. 13. l. 1. § fin.

De notarijs

De notarijs & apparitoribus militum. C. l. 16.
De nauarchis, trierarchis & uigilibus. ff. lib. 37. tt. 13. l. 1. § nauarchus.

3. *Ex tempore quo testatur.*

Si post missionem, & extra tempus expeditionis. Inst. in prin. usq; ad § planè, de testamentis. § sed hactenus. ff. l. 4. C. l. 17.
Si tribunus militum intra certos dies in castris, an tequam successor eius uenerit, manens, testatus sit. ff. l. 20. in prin.
Si ante militiam fecit, cùm esset paganus. Inst. § sed & si quis. ff. l. 9. l. 15. § testamentum. l. 20. § fin. l. 25.
Si antequam tribunus legionis factus est, fecit. ff. l. 25.

4. *Ex persona eius cui relinquit testamento.*

Si mulieri, in quam turpis suspicio cadit, & quæ militi stupro cognita est. ff. l. 41. § mulier. lib. 34. tt. 9. l. 14.

5. *Ex consequentibus.*

Si testamentum mutauit. ff. l. 19. uide paulò superius, uerf. si posterius eius testamentum, &c.
Prioribus tabulis tantum abstuliſse uidetur, quantum in posteriores contulit: cætera non uidetur mutasse. ff. l. 36. § miles castrens.
Si se ad prius testamentum redire testatus est, an ualeat posterius. ff. l. 27.
Si seruo hærede instituto, postea eum legauerit ut manumitteretur. ff. l. 40. § item Lucius.
Si testatori adgnascatur posthumus, uide paulò superius, uerf. Si liberos suos præterierit.
Si capite deminutus sit testator, & in adoptionem datus sit post testamentum factum, uel emancipatus. Inst. § denique etsi. ff. l. 22. l. 23. ff. lib. 28. tt. 3. l. 6. § fin.
Si ignominiæ causa missus sit. ff. l. 26.
Si apud hostes decesserit. ff. l. 39. l. 44.
Si sibijpsi mortem consciuerit. ff. l. 34. in prin.
Si pater institutus hæres, omissa causa testamenti aliquid ex peculio castrensi possideat. ff. l. 17. § si pater.
Si hæres ante aditam hæreditatem decesserit. ff. l. 13. § fin. l. 14.
Si annum post missionem uixerit testator. Inst. § & quod in castris. ff. l. 26. l. 38. tota. C. l. 5. ff. lib. 28. tt. 3. l. 7.
Si hæreditas eius adita non fuerit. ff. l. 17. § si pater. l. 41. l. 32. l. 37.
Si non intra legitimum tempus adeatur. ff. l. 15. § fin.
Si militis hæreditas non adeatur, an pupillaris substitutio ualeat. ff. l. 41. § fin.
Si impubere & alio extraneo hæredibus instituti, sibiq; inuicem substituti, si hæres non erit, an in utrunque casum substituisse uideatur. C. l. 6.
Si hæres institutus conditioni non paruerit. ff. l. 29. § edictum.

6. *Ex reliquis contingentibus.*

Si incertum sit, an testari uoluerit. Inst. § planè de testament. ff. l. 24.
Si iure communi testari uolens, antequam testaretur, decesserit. ff. l. 3.

II. *Quid quantumq; ueniat in actionem ex testamento militis?*

Si filiusfamiliâs miles testatus sit, an & paterna bona ueniant. ff. l. 11. § fin. l. 12. l. 13. in prin. lib. 49. tt. 17. l. 19. § filiusfamiliâs.
Si ex certa re uel parte aliquem scripserit hæredem, creditur pro reliqua patrimonij parte intestatus decessisse, nec habet locum inter scriptos hæredes ius adcrescendi. ff. l. 6. l. 19. in prin. uerf. cùm ex parte. l. 37. C. l. 1. l. 2. l. 3.
Si alium castrensium bonorum, alium aliorum scripsit hæredem, non habet locum ius adcrescendi. ff. lib. 38. tt. 2. l. 42. § Papinianus.
Si alius testamento ex asse, alius codicillis pro parte dimidia scriptus sit hæres, quantum cuiq; debeatur. ff. l. 36. in prin.
Quid ad substitutum pertineat. ff. l. 5. l. 41. § exhæredato.

III. *Euentus testamenti militaris.*

De oneribus hæreditarijs sustinendis, & ære alieno soluendo. ff. l. 17. § Iulianus. l. 29. in prin. C. l. 12.
De libertate serui hæredis instituti uel legatarij. ff. l. 40. § idem respondit. usque ad fin. legis. C. l. 7.
Si cum duobus seruus esset legatus, & alter deliberante altero seruum manumiserit: an si alter legatum omiserit, utilis sit manumissio. ff. l. 31.

DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS PRÆSTANDIS.

1. *Causæ ex quibus præstanda.*

ff. l. 17. § si pater. l. 13. § fin. l. 14. l. 36. in prin. § miles in. usque ad § fin. l. 40. § fin. l. 41. § similes. C. l. 5.

2. *A quibus præstanda?*

ff. l. 17. § si pater. l. 19. § fin.

3. *Quid & quantum præstandum?*

De lege Falcidia, an habeat locum in militis testamento, uide in Methodo de legatis & fideicom. de lege Falcidia.

IIII. *De codicillis militum.*

ff. l. 17. § fin. l. 18. l. 19. § quinimò etsi codicillos. l. 20. in prin. l. 36. in prin. in tt. 7. l. 8. § si miles.

QVIBVS EX TESTAMENTO competat hæreditas. Cap. 14.

Hactenus prima quæstio, an scilicet ex testamento comperat hæreditas, discussa est. Sequuntur nunc reliquæ: & primò, Quibus competat.
De hæredibus hæredis ante aditam hæreditatem defuncti. Inst. lib. 3. tt. 4. § fin. ff. lib. 28. tt. 2. l. 7. § si filius. § fin. l. 30. in prin. l. 55. l. 56. l. 80. l. 83. l. 85. in prin. tt. 5. l. 3. § eleganter. l. 4. lib. 37. tt. 1. l. 3. § adquirere. tt. 4. l. 4. § fin. l. 5. tt. 6. l. 1. § ibidem. tt. 10. l. 12. § fin. lib. 38. tt. 16. l. 3. § est autem tractatum. l. 9. tt. 17. l. 1. in prin. lib. 5. tt. 3. l. 3. § sed & si Titio. tt. 2. l. 6. § fin. C. lib. 6. tt. 9. l. 4. tt. 24. l. 14. § sed si quidem. tt. 30. l. 3. l. 6. l. 7. l. 19. tt. 50. § in nouissimo. § cùm autem. in tt. 51. Nouell. c. 158. Vide insuper in De iure adcrescendi.

De patre

De patre, instituto filio, & filio ipso. ff. lib. 28. tt. 5. l. 44. lib. 5. tt. 3. l. 2. l. 3. in prin. C. tt. 60. l. 8. tt. 30. l. 15.
De domino, seruo instituto. ff. lib. 37. tt. 11. l. 2. § fin. l. 5. tt. 3. l. 2. l. 3. in prin.
Si seruus communis institutus sit. Inst. tt. 14. § seruus autem plurium. ff. lib. 29. tt. 2. l. 63. l. 66.
Si seruus fructuarius institutus sit. ff. lib. 29. tt. 2. l. 45. § præterea.
Si seruus dotalis institutus sit. ff. lib. 29. tt. 2. l. 45. in prin.
Si seruus ante aditam hæreditatem alienatus fuerit, nouo domino adquirit. Inst. tt. 14. § seruus autem. usque ad § seruus etiam. ff. lib. 28. tt. 5. l. 38. § si quis seruum § cùm uenditor. C. tt. 37. l. 3.
Si seruus ante aditam hæreditatem manumissus fuerit, an suo arbitrio adire possit, & sibi adquirere? Inst. tt. 14. § seruus autem à domino, usque ad § seruus etiam. ff. lib. 28. tt. 5. l. 38. § si quis seruum. lib. 29. tt. 2. l. 25. § seruus. l. 64. l. 79. § item si seruus. l. 81. lib. 37. tt. 11. l. 2. § fin.
Si statu liber institutus sit, & post conditionem existentem adierit. ff. lib. 29. tt. 2. l. 73. § qui bona.
Si libero homine instituto, qui nobis bona fide seruit, an sibi adquirere possit. ff. lib. 29. tt. 2. l. 45. § fin. l. 73. § qui bona. lib. 28. tt. 5. l. 57. in principio.
De seruo qui de sua conditione domino uindicanti in iudicio aduersatur. C. tt. 30. l. 21. tt. 27. l. 3.
De socio instituti. ff. lib. 29. tt. 2. l. 45. § & cùm quæstus.
De eo qui restituere hæreditatem rogatus est. ff. lib. 29. tt. 2. l. 82.
De posthumo instituto, quis posthumus institutus intelligatur. ff. lib. 28. tt. 2. l. 4. § fin. l. 5.
Si is qui soluendo non est, plures seruos instituerit: tunc uti quisque primus est scriptus, hæres fit. ff. lib. 28. tt. 5. l. 55. l. 58. l. 81. § temporibus.
Si ita: Titius, imò Seius hæres esto. ff. lib. 28. tt. 5. l. 45. in prin.
Si is quem quis instituere uolebat, rogauerit testatorem ut alium instituerent qui sibi restituturus esset hæreditatem. ff. lib. 28. tt. 5. l. 44.
An filio instituto, etiam libertino filio competat hæreditas? ff. lib. 28. tt. 5. l. 11.
Si ita: Primus ex parte hæres esto. si primus hæres nõ erit, secundus hæres esto: tertius ex alia parte dimidia hæres esto: si non erit, quartus hæres esto. ff. lib. 37. tt. 11. l. 2. § si quis ita.
Si ita institutio facta fit, Ille aut ille hæres esto. C. tt. 38. l. 4.
Si ita: Titius & Seius, uter ue eorum niuet, hæres esto: uiuatq; uterque, ambo hæredes erunt. ff. lib. 28. tt. 5. l. 24. 25. 26. 27.
Si habens tres filios, ita instituit: Filij mei hæres sunto, Publius filius exhæres esto. ff. lib. 28. tt. 5. l. 37. § fin.
Si captiuos uel pauperes instituit, uel in redemptionem captiuorum. C. lib. 1. tt. 3. l. 37. Nouell. c. 131. § sed etsi quis.
Institutus & substitutus nullo casu ad hæreditatem simul possunt admitti. ff. lib. 28. tt. 5. l. 37. in prin.

QVID, QVANTVMQVE HAEreditatis cuiq; ex testamẽto competat, & de iure adcrescendi. Cap. 15.

Nullis partibus nominatis, ex æquis partibus hæredes sunt. Inst. tt. 14. § si plures. ff. lib. 28. tt. 5. l. 9. § hæredes.
Si sine parte aliquis hæres institutus est, uel asse expleto ex reliqua parte. Inst. tt. 14. § si plures. § & si plures. ff. lib. 28. tt. 5. l. 17. 18. 19. 20. 75. 76. § filijs hæredibus. l. 85. lib. 37. tt. 11. 12. in prin.
Si duo hæredes instituti sunt, unus ex parte tertia fundi Corneliani, alter ex besse eiusdem fundi. ff. lib. 28. tt. 5. l. 9. § si duo.
Si uno ex asse instituto, alterum ex parte dimidia instituerit. C. tt. 37. l. 23.
Si ita: Titius unà cum filijs, & Sempronius, hæredes sunto. C. tt. 26. l. 11. § alia applicata.
Si alius Italicarum, alius prouincialium rerũ hæres scriptus sit: quæres ad quenque pertineant. ff. lib. 28. tt. 5. l. 35. l. 76. in prin.
Si hæres aliquis institutus sit, qui solidum capere non potest. ff. lib. 28. tt. 5. l. 70. l. 78.
Si omnibus ex parte certa institutis, aliqua pars ex asse uacet. Inst. tt. 14. § uideamus si quis. ff. lib. 28. tt. 5. l. 18.

De partium institutione.

Inst. tt. 14. § hæreditas. usque ad § hæres & purè. ff. lib. 28. tt. 5. l. 2. l. 12. l. 13. l. 14. l. 15. l. 17. l. 18. l. 19. l. 29. l. 36. l. 45. § quidam. usque ad fin. leg. l. 48. § final. l. 57. § 1. l. 72. l. 76. § fin. l. 83. tt. 6. l. 39. § fin. lib. 37. tt. 11. l. 12.

De reliquis huiuscemodi quæstionibus.

Inst. tt. 14. § uideamus. in lib. 3. tt. 10. § cùm igitur plures. ff. lib. 28. tt. 2. l. 13. in prin. tt. 5. l. 9. in prin. § si duo. l. 10. l. 11. l. 12. l. 13. tota. l. 14. l. 15. l. 16. l. 20. § fin. l. 24. l. 25. l. 45. § quidem. usque ad fin. legis. l. 51. l. 57. § si quis ita. § Titius hæres. usque ad fin. legis. l. 76. 79. 85. tt. 7. l. 23. 24. lib. 37. tt. 1. l. 3. § fin. l. 4. l. 5. l. 6. in prin. tt. 11. l. 2. § pro qua quisque. § si quis ita. l. 8. in prin. lib. 29. tt. 2. l. 10. l. 30. § suum hæredem. l. 52. § fin. l. 53. item. l. 142. 145. ff. de uerb. signif.
Quid & quantum ex substitutione competat, uide suprà De substitutione. Huius quoque loci est, si quis ex institutione adiecit, ut etiã ex substitutione adire cogatur, itẽ in deficientem portionem cohæredis. De quo uide in De repudianda hæreditate, lib. 3. cap. 4. membr. Ex antecedentibus.

De iure adcrescendi.

ff. lib. 28. tt. 2. l. 28. § fin. tt. 5. l. 17. § unde idem. l. 24. l. 57. § si ita scriptum. l. 38. § cùm uenditor. lib. 29. tt. 2. l. 31. l. 35. in prin. l. 53. l. 55. l. 59. l. 66. l. 79. in prin. l. 82. lib. 37. tt. 4. l. 12. in prin. § 1. tt. 11. l. 2. § pro qua quisque. §. si duo sint. lib. 38. tt. 16. l. 9. tt. 17. l. 1. § si nemo. C. tt. 10. l. 1. tt. 50. § his ita definitis. usque ad § ubi autem legatarij. tt. 56. l. 2.

uide insuper Methodum De legat. & fideicom. lib.2.cap.7.

Hactenus, an & quibus ex testamento competat hæreditas, item quid & quantum competat: quando competat ex testamento hæreditas, uide in lib.10.cap.12.

DE TESTAMENTI TABVLIS aperiendis, inspiciẽdis & describendis. ff. lib.29.tt.3. C.tt.32.

Caput 16.

1. Ex *qua causa & qua ratione danda sit, aperiendi, inspiciendi, describendi; copia?*

ff.l.1.§ 1.l.28.§ inspecto.l.9.

Distinguitur:

Si quis non agnoscat sigillum suum, an nihilominus sint inspiciendæ: ff.l.1.§ fin.

Si quis non patiatur inspici, cogendus est. ff.l. 2. § fin.

Si sui natura sint apertæ. ff.l.10.in prin.

II. *Quibus inspiciendi copia danda sit?*

Omnibus desiderantibus. ff.l.1.in prin.

III. *Quibus præsentibus, & apud quem aperiendæ?*

De præsentia signatorum. ff.l.4.l.5.6.7.

De præsentia aliorum testium. ff.l.7.C.l.2.

De præsentia magistri census, & non alius iudicis. C.tt.23.l.23.

IIII. *Quarum rerum inspiciendi, describendi; copia danda sit?*

De testamento, & quod ad testamentum factum est. ff.l.2.in prin.§ 1.

De pluribus testamentis & exemplaribus. ff. l. 2. § si plura. l.10.in prin.

De exemplo & authentico. ff.l.10.in prin.l.12.

De pupillaribus tabulis. ff.l.8.l.9.l.11. Inst. tt. 16. § fin autem quis.

De parte quam aperiri defunctus uetuit, & quæ ad ignominiam alicuius pertinet. C.l.3.

De codicillis, & alia qualibet scriptura. C.l.4.

De die & consule. ff.l.2.§ diem. C.l.3.

V. *Quando danda sit?*

An uiuo testatore. ff.l.2.§ si dubitetur.

Vtrum incontinenti, an post tempus quod desideratur. ff.l.2.§ utrum.

VI. *Antecedentia.*

De iussu iudicis. C.l.1.l.2.

De cogendis signatoribus, ut conueniant, & sigilla recognoscant. ff.l.4.l.5.

De quæstione à familia necatorum prius habenda, uide infrà lib.3.cap.5.membr.3.

VII. *Euentus.*

De nihil dando pro inspectione. C.tt.23.l.23.

VIII. *Adfinia remedia.*

Si neget tabulas penes se esse, interdictum de tabulis exhibendis competit. ff.l.2.§ fin.

Hæredi uindicatio tabularum, & ad exhibendum actio competit. ff.l.3.

DE CODICILLIS. INST. LIB. 2.tt.fin. ff. lib.29.tt.7. C.lib.6.tt.36.

Cap. 17.

¶ I. *Codicillorum ius singulare est.*

ff.l.2.§ codicillorum.

¶ II. *Species.*

De testamento inutili, an uim codicillorum obtineat. ff.l.1.l.17.l.20.lib.28.tt.1.l.29. tt. 3. l. 12. C. l.8.

De codicillis militum, uide suprà De testamento militari, in fine.

¶ III. *Testamenti partes sunt.*

Vide suprà cap.2.

¶ IIII. *An codicilli sint utiles, & id quod illis relictum est, uel præceptum, præstandum sit.*

Inst.in prin.ff.l.2.§ codicillorum.

Distinguitur:

1. Ex *persona relinquentis, & facientis codicillos.*

De eo qui intestatus decedit. Inst.§ non tantum. ff.l.3.in prin.l.8.in prin.l.16.C.l.14.

De eo qui se ad rogandum dedit. ff.l.8.§ si post.

De eo qui non potest facere testamentum. ff.l.8. § codicilli.l.7.§ idem est si aliquo.

De eo qui non est soluendo. ff.l.4.

De eo qui est in captiuitate. ff.l.7.in prin.lib.49. tt.15.l.12.§ codicilli.

De furioso. ff.l.2.§ furiosus. C.l.5.

De muto. ff.l.8.§ nec similis est.

De eo qui dubitat, an sit paterfamiliâs. ff.l.9.

De milite. ff.l.8.§ similes.

2. Ex *persona eius cui relinquitur.*

De eo qui post testamentum factum ante codicillos natus est, uel mortuus. ff.l.2.in prin.l.6. § fin.l.14.§ ut enim nullius.

Si seruo qui testamenti facti tempore testatoris fuit, tempore codicillorum alterius, uel contrà, libertas sit relicta. ff.l.2.§ ideoq;.

3. Ex *persona eius à quo relinquitur*

Si ab eo reliquit qui hæres esset, nec testamentum fecerit. ff.l.3.in prin.

Si ab hæredibus institutis ante codicillos defunctis. ff.l.14.

4. Ex *re quæ relinquitur uel præcipitur codicillis.*

De hæreditate codicillis data, uel confirmata, uel adempta. Inst.§ codicillis. ff.l.2.§ fin.l. 10. l. 13. § tractari. C.l.2.l 7.tt.35.l.4.in prin.

De conditione institutioni hæredis adiecta, & de substitutione. Inst.§ nec conditionem. ff.l.6. in prin.C.l.7.

De exhæredatione. Inst.§ codicillis.

5. Ex *adiunctis, & modo quo fiunt codicilli.*

Nullam solennitatem ordinationis desiderant. Inst.§ fin.

Si nec scripti nec signati sint testatoris manu, an ualeant? ff.l.7.§ codicillos. usque ad § codicillos.

De testium præsentia. ff.l.8.§ codicilli. C.l.8.§ finał.

De substitutione testium. C.l.8.§ fin.

6. Ex *tempore quo fiunt codicilli.*

Si ante testamentum factum. Inst.§ sed cùm ante testamentum. ff.l.5.

Si absente filio mater codicillos fecit. C.l.4.

7. Ex *numero codicillorum.*

Si plures codicillos fecit. Inst.§ fin. ff.l.6.§ codicillos.

8. Ex *consequentibus.*

Si non sint confirmati testamento. Inst.§. non tantum. ibi: Sed cum arte. ff. l. 3. § testamento. l. 5. C. l. 6. De confirmandis codicillis. uide infrà.

Si testamentum non sit factũ, uide suprà Ex persona relinquentis.

Si alij postea codicilli facti sunt, ut uoluntas mutata. ff.l.5.l.8.§ fin. C.l.3.

Si adgnascatur ei qui codicillos fecit, posthumus suus hæres, uel agnatus. ff.l.3.§ sed etsi post. l.8. § nam etsi posthumus. l. 11. l. 16. § fin. l. 19. C. l.1.

Si hæreditas ex testamento non adeatur. ff. l. 3. § finał.

Testamento facto, codicilli ius eius sequuntur. ff. l.16.§ fin.

¶ V. *De confirmandis codicillis.*

1. *An confirmatio codicillorum sit utilis?*

Distinguitur:

Si per fideicommissum confirmentur facto testamento, uel sine testamento. ff.l.8.in prin.

Si ante uel post ordinationem illorũ confirmantur. ff.l.8.in prin. C.l.6.

Si codicilli alioqui inutiles sint, & res in alio statu sit cùm codicilli fiunt, quàm fuit tempore confirmationis. ff.l.6.§ fin. l. 7. l. 8. § fi post factum.

Si cùm antea in testamento scripsisset, si quid obsignatum recepisset, id uice codicillorum ualere, epistolam non obsignatam emiserit. ff.lib.31. l.89.in prin.

2. *Qui codicilli confirmati intelligantur?*

Si nouissimos confirmauerit. ff.l.8.§ fin.

Si confirmauerit ita: Si quid ad hoc testamentum pertinens reliquero. ff.l.18.

¶ VI. *De actione quæ ex codicillis datur.*

Vide infrà lib.13.cap.1.cum sequentibus.

FINIS LIBRI NONI.

DE HAEREDITATE ET BONORVM POSSESSIONE AB INTESTATO nec non de hæredum officijs:

Liber decimus.

Inst.lib.5.tt.1.cum sequent. ff.lib.38.tt.6.tt.16. cum sequent. C.lib.6.tt.54.cum sequent.

CAVSAE EX QVIBVS HAEREditas & bonorum possessio ab intestato competit.

Cap. 1.

Si quis intestatus decesserit, competit hæreditas ab intestato.

I. *Declaratur, quis intestatus decessisse dicatur, & enumerantur intestatorum species.*

Si quis omnino non fecit testamentum. Inst. tt. 1. in prin. ff. tt. 16. l. 1. in prin. C. tt. 57. l. 4.

Si testatus quis est, sed non iure. Inst. tt. 1. in prin. C. tt. 54. l. 9. § non solùm.

Si is fecit testamentum, qui testamenti factionem non habet. ff. tt. 16. l. 1. in prin. C. tt. 57. l. 4.

Si incertum sit, an paterfamiliâs fuerit testator. ff. tt. 7. l. 2. § si quis.

Si filius præteritus sit testamento. ff. tt. 6. l. 2. C. tt. 54. l. 9. § non solùm.

Si non sit septem testium signis signatum. ff. tt. 6. l. 3.

Si testamentum ruptum uel irritum sit. Inst. tt. 1. in prin. ff. tt. 6. l. 1. § si hæres. tt. 16. l. 1. in prin.

Si nemo ex testamento hæres extiterit. Inst. tt. 1. in prin. ff. tt. 6. l. 1. in prin. § si hæres. tt. 15. l. 1. § 1. tt. 16. l. 1. in prin. ff. lib. 28. tt. 2. l. 9. § sed etsi hæres. C. lib. 3. tt. 31. l. 9. item l. 64. ff. de uerbor. signif. item l. si nemo subijt. ff. de reg. iuris.

II. *Distinguitur:*

1. Ex *persona intestato decedentis.*

De capite deminutis, uide in cap. sequen. De capite deminutis.

De seruo, & manumisso. Inst. tt. 7. in prin. usq; ad § repetitis. ff. lib. 38. tt. 7. l. 2. § hæc autem. tt. 8. l. 1. § pertinet. l. 7. C. tt. 54. l. 4.

De eo qui apud hostes est defunctus. ff. tt. 16. l. 1. in prin. lib. 37. tt. 1. l. 3. § dari. C. tt. 54. l. 8. tt. 57. l. 8. item l. 3. § fin. ff. de uerb. significat. C. lib. 2. tt. 53. l. 5. ff. lib. 49. tt. 15. l. 22. in prin. C. lib. 8. tt. 51. l. 1. l. 4.

De eo qui ab hostibus redemptus ante initionẽ decessit. ff. lib. 49. tt. 15. l. 15.

De filiofamiliâs, & eo qui est in adoptiua familia. ff. lib. 37. tt. 4. l. 3. § si pater. lib. 49. tt. 17. l. 9. § fin. Vide insuper in cap. 9. uers. Si filij familiâs.

De eo qui testari non potuit, ut impubes, furiosus, &c. ff. tt. 16. l. 1. in prin.

De damnatis iudicio publico, uide ff. & C. de publicatione bonorum.

De reo perduellionis. Inst. tt. 1. § interdum. ff. tt. 16. l. 1. § interdum.

De militibus. ff. lib. 38. tt. 12. l. 2.

De milite qui capite puniri meruit. ff. lib. 38. tt. 12. l. 1. C. lib. 6. tt. 21. l. 13.

De spurijs & naturalibus liberis. ff. lib. 38. tt. 8. l. 4. C. lib. 5. tt. 27. l. 9. in prin. uers. quod & in his, usq; ad § fin. nouell. c. 89. § eum autem filium. uers. consimile priuilegium. usq; ad § quod igitur ad spur. Vide insuper in De senatusc. Tertulliano. item. De adgnatorum successione.

De fœmina. ff.lib.38.tt.7.l.2. § hæc autem. tt.16.l. 13.
De matre defuncta, uide in De senatusc. Orphitiano.
De reliquis, uide in De adgnatorum & cognatorum successione.

2. Ex *reliquis contingentibus.*

Si ex Carboniano edicto bonorum possessio sit petita. ff.tt.6.l.1.§ 1.
Si pro parte testamentum ualeat, pro parte non. Huius loci est, quòd nemo pro parte testatus, pro parte intestatus decedere potest. ff.lib.5. tt. 2.l.15.§ fin.l.19. § præterea dicendum. l.24. item l. ius nostrum. ff. de reg. iuris. Excipiuntur milites. Inst.lib.2. tt. 14. § neque enim idem. ff. lib.29 tt.1.l.6.l.19.in prin.lib.49.tt.17.l. 19. § filiusfamilias.

QVIBVS COMPETAT AB INtestato hereditas, & primò de successione liberorum. Inst. tt. 1. ff. tt. 6. tt. 16. C. tt. 54. Nouell c. 118. § at cùm omnis. usque ad § consequens autem.

Cap. 2.

Ratio huius successionis. ff.lib.38. tt. 6. l. 7. § finał.
De suis hæredibus. Inst.lib.2.tt.19. § sed sui quidem.lib.3.tt.1.§ 1.ff.lib.28.tt.2.l.11.
De filijs. ff.tt.16.l.12.
De nepote & nepte, pronepote & pronepte, &c. Inst.§ intestatorum. § ita demum. § cùm filius filia'ue.tt.7.§ repetitis. ff.tt.16.l.1.§ si filius, usq; ad § post suos statim. C.tt.54.l.3. Nouell. c.118. § siquidem in hoc.
De nepote ex patre capite deminuto. Inst.tt. 7. § repetitis. uerſ. nec interest. C.l.10.
De nepote ex patre emancipato. Inst. tt. 7. § nec interest.
De nepote ex filio exhæredato defuncto, antequam cõstet patrem intestatum decessisse. Inst. § cùm autem quæritur. ff.tt.16. l. 1. § sciendum autem est. suprà tt.6.l.7.in prin.
De nepote quem filius emancipatus adoptauit. Inst.§ cùm autem quæritur.
De nepotibus & pronepotibus per fœmininum sexum descendentibus. Inst.§ item uetustas. usque ad finem tituli. in tt. 7. § nec interest. Nouel.c.118.§ si quis igitur.§ siquidem. C. lib.6.tt. 15.l.3.
De nepote qui se negat hæredem patris. C.tt.14. l.3.
De coniungendis cum emancipato liberis, uide in cap.4.
De nepote uulgò quæsito. ff.lib.38.tt.8.l.8.
De nepote uiuo auo concepto, post mortem eius nato. ff.l.7.
De nepote post mortem aui concepto & nato. Inst. § cùm autem quæritur. ff.tt.16.l. 6. l. 8. in prin.
De posthumis liberis. Inst.§ posthumi. ff.tt.16.l.3. § utiq; & ex. C.l.4.
De naturalibus & illegitimis liberis. Inst. § quibus connumerari. C.lib.5.tt.27.l.9.in prin.l. 12. § fin. Nouell.c.89. § eum autem filium. § reliquum est. § unde his à nobis. § enimuero si quis. usq; ad § certè in quibus. c.18. § consideremus. usq; ad § illud quoq;.
De filijs ante nuptialia Instrumenta natis. Inst. § nec non eos.
De filijs ex ea quam sola affectione maritali duxit, nullis instrumentis interuenientib. Nouel. c.117. § sed & hoc. § quia uerò.
De nato post decem menses mortis, item centesimo octagesimo secundo die nato. ff.tt.16.l.3 § fin.
De seruis, liberis & libertis. Inst.tt.7.in prin. usq; ad § repetitis. Vide insuper suprà cap. 1. uerſ. De seruo & manumisso.
De nato ex muliere quinquagenaria maiore. C. tt.57.l.12.
De concepto ex libera & seruo. C.tt.54.l.6.
De concepto & nato ex ea quæ in fideicommissaria libertate moram passa est. ff.tt.16.l.1.§ quæri.
De nato ex ea muliere quæ ante centesimum octogesimumsecundum diem à natiuitate manumissa est. ff.l.3.§ fin.
De capite deminutis. Inst.tt.4. § sciendum. ff. tt. 16.l.1.§ si filius.l.11.tt.17.l.1.§ capitis deminutio. § proinde suprà. tt.6.l.4.
De eo cuius bona fisco uindicantur. C.lib. 10. tt. 1.l.4.
De emancipatis liberis, & qui non fuerunt in potestate defuncti. Inst.§ emancipati. tt.7.§ nec interest ff.tt.6.l.5.tota.l.6.l.9.tt.15.l.1.§ fin. lib.37. tt.1.l.6.§ bonorum. C.tt.54.l.10.tt.14.l.1.tt.57.l. 11.l.15.§ cùm igitur. Nouell.c.118.§. si quis igitur. § siquidem. ff.lib.38.tt.6.l.8.
De emancipatis in adoptionem datis. Inst. § at hi qui emancipati. usq; ad § item uetustas. tt.5. § liberi quoq;.
De adoptiuis emancipatis. Instit. § at hi qui emancipat. usq; ad § item uetustas. ff.tt.6.l.1. § liberos. l.4.
De adoptiuis liberis. Inst.§ intestatorum. § at hi qui. § & cõuenienter. § sed ea omnia. § minus ergo. ff.tt.16.l.1.§ suos. suprà tt.6.l.1.§ liberos. C.l.5.
De liberis fœminini sexus. Nouell.c.21. c. 118. § si quis igitur. § siquidem. § nullam uerò.
De liberis qui non admittuntur ad contra tabulas bonorum possessionem. ff.tt.6.l.1.§ liberos autem.
De eo qui in testamento exhæres scriptus est. ff. tt.6.l.1.§ fin.l.5.in prin.tt. 16. l. 1. § post suos. ff. lib.37.tt.4.l.20.in prin.C.tt.54.l.9.§ hęc eadem. ff.lib.28.tt.2.l.fin.lib.44.tt.4.l.13. Nouell.c.1.§ ex hæredatos uerò.
De ea quæ ita dotem accepit, ne quid amplius ex hæreditate patris speraret. ff.tt.16.l.16. C. tt.20. l.3.
De filio qui est apud hostes. Inst. § interdum. ff. tt.16.l.1.§ si filius suus.

DE SVCCESSIONE FILIORVM in bona matris defunctæ, seu de senatusconsulto Orphitiano. Inst.lib.3.tt. 4. ff.lib.38.tt.17.C.tt.56.

Cap. 3.

An liberi intestatæ matri defunctæ succedant? Inst.in

Inst.in prin.ff.lib.38.tt.7.l.2.§ fin.C.l.1.l.4.
Distinguitur:

1. Ex *persona liberorum.*

De liberis alieno iuri subiectis. Inst. in prin. ff. l. 9.
De filijs diuersi matrimonij. ff.l.4. Nouell. c.22.§ sed neq; illud. C.lib.5.tt.9.l.4.§ fin.
De nepotibus & neptibus. Inst. § sed cùm ex hoc.
De spurijs & uulgò quæsitis. Inst.§ nouissimè. ff. l.1.§ sed ut uulgò. s̃ tt.8.l.2.C.l.5.
De filio in seruitute quæsito, concepto uel nato. ff.l.1.§ interdum. s̃ tt.8.l.2.C.l.6.
De concepto apud hostes. ff.l.1.§ interdum.
De eo qui execto uentre editus est. ff. l. 1. § filio qui mortis. s̃ tt.8.l.1.§ si qua.
De eo qui post mortem matris ante aditam hæreditatem in seruitutem deducitur, uel seruus pœnæ fit. ff.l.1.§ filio qui mortis.
De eo qui operas suas, ut cum bestijs pugnaret, locauit, qui'ue rei capitalis damnatus est. ff.l. 1. § qui operas.
De eo qui est in potestate eius qui operas suas, ut cum bestijs pugnaret, locauit, qui'ue rei capitalis damnatus est. ff.l.1.§ qui operas.

2. Ex *persona defunctæ matris.*

Si libertina sit. ff.l.1.in prin.
De ea de cuius statu dubitatur, utrum materfamilias sit, an filiafamilias. ff.l.1.§ si ea sit.

3. Ex *reliquis contingentibus.*

Si ante aditam hæreditatem decesserit filius. ff. l. 1.§ 1.C.l.2.
Si fari non possit filius. C.tt.55.l.1.
Si filius adire hæreditatem matris nolit. ff.l.1.§ si nemo. usq; ad § fin.
An si dixit se nolle adire, postea mutata uoluntate possit. ff.l.6.§ filius.
An si uno filio hærede scripto sub conditione, quę postquam bonorum possessionem agnouit, defecit, cæteri fratres sint admittendi. ff.l. 1. § sed si mater. Pro hoc loco intelligendo, uide s̃ lib.37.tt.11.l.5.in prin.

DE CONIVNGENDIS CVM emancipato liberis. ff.lib.37.tt.9.

Cap. 4.

I. *Ratio huius edicti.*

L.1.§ hoc edictum.

II. *Causæ, ex quibus coniunguntur cum emancipato liberi.*

Si emancipato patri competit bonorum possessio, coniunguntur cum eo filij. l. in prin. item in lib.38.tt.6.l.5.in prin.
Distinguitur:

1. Ex *genere bonorum possessionis competentis, & causa.*

Si contra tabulas bonorũ possessio patri emancipato competit. l.1.§ iungitur autem.
Si ab intestato. ff.lib.37.tt.6.l.9.

2. Ex *persona patris cui competit.*

Si pater in potestate sit alterius. l. 1. § si pater in potestate.
De filio naturali in locum filij uel nepotis, item de nepote in locum nepotis uel filij adoptato, an huic nepos defuncti iungatur. ff. lib. 37. tt.4.l.1 § qui habebat. l.3.§ 1. lib. 38. tt. 6. l. 1. § si quis filium.
De in adoptionem dato. l.1.§ & in adoptionem. § iungitur.
De exhæredato in testamẽto iniusto uel rupto. l. 1.§ si pater emancipatus. usq; ad § si pater in potestate. l.3. tota. in lib.38.tt. 6. l. 1. § fin.
De deportato. ff.lib.37.tt.4.l.1.§ quidam. § fin.
Si non adeat hæreditatem. ff.lib.38.tt.6.l.5.§ fin.

III. *Qui patri coniungendi.*

Hi soli qui in potestate aui defuncti permanserunt non emancipati. l. 1. in prin. § & in adoptionem suprà tt.4.l.3.§ si filium. § si quis post. l.6.§ 1.§ filio. lib.38.tt.6.l.5.in prin. § sed etsi filium.
De ijs ad quos hęreditas nomine emancipati patris non pertinet. l.1. in prin. lib.38. tt. 6. l. 5. in prin.
De ijs qui post emancipationẽ patris nati sunt. l. 1.§ si pater in. l.3. l.7. s̃ tt.4.l. 3. § si quis post. in lib.38. tt.6.l.5.§ sed etsi. uerſ. sed etsi post.
De exhæredatis. l.1.in prin. in lib.38.tt. 6. l. 5. in prin.
De eo quem auus in locum nepotis adoptauit. l.6.
De nepote defuncti, in locum filij adoptato. l.1.§ si pater ex s̃ tt.4.l.3.in prin. § si filium habens. usq; ad § si emancipatus. l.13.§ fin.
De eo qui postliminò rediit. l.1.§ si postliminio.
De pronepotibus cum nepotibus iungendis. l 1. § liberos autem.

IIII. *Quantum cuiq; competat?*

Emancipatus dimidiam partem eius, quam si in potestate permansisset, habiturus esset, habebit: reliquam liberi cum eo coniuncti. l. 1. in prin.§ illud non interest. usque ad § si quis ex nepotibus. l.7.lib.38.tt. 6.l.5. in prin.lib.37.tt.6. l.9.
Si filio ex besse, emãcipato ex triente hærede instituto, nepos præteritus rumpat testamẽtum, quantum à quoquo auferet. l.1.§ filio in.
Si unus fortè liberorum, uel omnes suam portionem omiserint, cui adcrescat. l.1.§ si quis ex nepotibus.
Si emancipatus suam partem omittat, cui adcrescat. ff.lib.38.tt.6.l.5.§ fin.
De collatione bonorum ab emancipato liberis facienda, uide in De collatione bonorum.

DE SVCCESSIONE PARENtum, & de senatusconsulto Tertulliano.

Cap. 5.

An & quatenus parentes liberis succedant. Inst. tt.2.§ fin.C.tt.56.l.1.l.4.Nouell.c.115.§ atque hęc quidem. usque ad § memoria. c. 118. § si quis igitur.§ consequens autem. usque ad § restat.
Ratio huius successionis. ff.lib.38. tt. 6. l. 7. § finał.
De patre. Inst.tt.3.§ pater uerò. ff.tit.16.l.15. C.tit. 57.l.13.tit.58.l.11. Nouell.c.118.§ si quis igitur.c.2. § sin autem non uoluerit.§ colligentes. Vide in super in Qui præferantur matri. uerſ. de patre defuncti.cap.eod.

De auo. Inſt. tt. 2. ſ fin. tt. 2. ſ pater uerò. C. tt. 57. l. 9.
De auia. Inſt tt. 3. ſ & primus.
De matre, ſequitur.

¶ De *ſenatuſconſulto Tertulliano.*

Inſt. t. 3. ff. tt. 17. C. tt. 55.

I. *An mater filijs inteſtato defunctis ſuccedat?*

Inſt. in prin. ff. l. 2. ſ fin.

Diſtinguitur:

1. Ex *perſona matris.*

Si in poteſtate parentis ſit. Inſt. in prin. ff. l. 6. in prin.
Si libertina ſit. Inſt. ſ ſed nos conſtitut. ff. l. 2. in prin.
Si non ſit trium uel quatuor librorũ mater. Inſt. in prin. ſ ſed nos conſtitut. C. lib. 8. tt. 59. l. 2.
Si capite ſit deminuta. Inſt. tt. 4. ſ ſciendum.
Si famoſa ſit mulier. ff. l. 2. ſ ſi mulier. C. l. 4. in prin.
Si nuptias iterauerit. C. l. 4. l. 5. l. 7. ſ final. Nouell. c. 2. ſ cùm igitur. uſq; ad ſ aliud. c. 22. ſ ex hoc alius. uſq; ad ſ poſtremò. & C. lib. 5. tt. 9. l. 3. ſ illud etiam.
Si liberis tutores non petierit, uel non rectè. Inſt. ſ ſed quemadmodum. ff. l. 3. ſ ſi mater non. uſque ad ſ fin. C. l. 3. l. 6. C. lib. 2. tt. 34. l. 2. ff. lib. 26. tt. 6. l. 2. in prin. uſque ad ſ fiquidem aliquis. l. 5. tota. C. lib. 5. tt. 31. l. 6. l. 8. l. 9. l. 11. tit. 34. l. 6.
Si impuberi defuncto non perſoluerit debitum ex ratione geſtæ tutelæ. C. l. 6.
Si hæreditatem filij non adierit. ff. l. 2. ſ ſi mater. ſ fin.
Si uxore defuncti prægnante mater deceſsit. ff. tt. 16. l. 8. ſ fin.

2. Ex *perſona filij uel filiæ defunctæ.*

Si uulgò quæſitus ſit. Inſt. ſ fin. ff. l. 2. in prin. ℨ tt. 8. l. 2. l. 4. Vide inſuper ſuprà cap. 1. uerſ. De ſpurijs.
Si libertinus ſit effectus. ff. l. 2. in prin.
Si in aliena poteſtate ſit. ff. l. 10. in prin. C. l. 7. ſ fin.
Si infans deceſſerit. C. l. 1.
Si in ſeruitute matris cõceptus uel editus eſt, uel in ſeruitute quidem conceptus, in libertate autem editus, uel contrà. ff. l. 2. ſ ſed ſi in ſeruitute. uſque ad ſ ſi mulier. ℨ tt. 8. l. 2. C. tt. 56. l. 6.
Si impuberi filio pater teſtamentum fecit, quod impubes dando ſe adrogandum facit irritum. ff. l. 2. ſ impuberem.

II. *Qui matri præferantur, item cum quibus ſuccedat, & in quotam partem?*

De omnibus legitimis hæredibus. Inſt. ſ ſed cùm antea.
De liberis defuncti. Inſt. ſ præferuntur. ff. l. 2. ſ liberi. uſq; ad ſ obijcitur. l. 5. in prin. l. 8. C. tt. 54. l. 11. Nouell. c. 118. ſ ſi quis igitur.
De patre defuncti. Inſt. ſ pater uerò. ſ ſed cùm antea. ff. l. 2. ſ obijcitur. uſq; ad ſ ſi mater. l. 3. l. 5. ſ ſi ex filio. ℨ tt. 16. l. 10. C. l. 2. l. 7. ſ ſin autem defuncta.
De auo & proauo. Inſt. ſ pater uerò. ff. l. 2. ſ ſed neq; auus. l. 5. ſ ſi ex filio.
De fratre & ſorore defuncti. Inſt. ſ frater autem. ſ ſed cùm antea. ff. l. 2. ſ ſi ſit conſanguinea. l. 7. C. l. 4. ſ quem quidem ſemiſſem. l. 7. Nouell. c. 22. ſ item quia. c. 118. ſ ſi cùm aſcendent.
De filijs fratrum. Nouell. c. 22. ſ quòd ſi filius.
De patruo defuncti, & eius liberis. C. l. 7. ſ patruo ſcilicet.

III. *Quid & quantum matri competat?*

De eo quod mater medio tempore, quo in pendenti eſt, an alius ei obſtare poſsit, apprehendit. ff. l. 10. ſ fin.
Si mater nuptias iterauerit, quantum ei competat. C. l. 4. l. 5.
Si cum alijs ſuccedit, uide paulo ſuperius membr. 11.

DE SVCCESSIONE COGNATORUM & adgnatorum. Inſt. tt. 2. ff. tt. 16. C. tt. 57.

Cap. 6.

An & quo ordine cognati & adgnati ſuccedant defuncto? Inſt. in prin. ff. l. 2. in prin. uſque ad ſ hæc hæreditas. ℨ tt. 7. l. 2. in prin. C. tt. 54. l. 11. tt. 57. l. 5. l. 14. ſ huiuſmodi itaq;. Nouell. c. 118. ſ cæterùm ſi neque.

Diſtinguitur:

Ex uarijs adgnatorum & cognatorum qualitatibus.

De proximo adgnato, & remotiori. Inſt. in prin. ſ ſi plures ſint. uſque ad ſ ad legitimam. tt. 7. ſ repetitis. ſ amotis. ff. l. 2. ſ hęc hæreditas. ſ legitima. l. 8. in prin. l. 12. ſuprà tt. 8. l. 1. ſ proximus. uſque ad ſ ſi qua. ſ gradatim. lib. 34. tt. 5. l. 10. in prin. C. l. 3. Nouell. c. 118. ſ quòd ſi defuncto.
Is proximus eſt, non qui mortis tempore proximior gradu eſt, ſed cùm certum eſſe cœperit ali quem inteſtatum deceſsiſſe. Inſt. ſ non tamen omnibus. ſ proximus autem. ff. l. 2. ſ interdum. uſque ad fin. legis. l. 5. l. 8. ſ fin. tt. 37. l. 1. ſ utrum autem. ℨ tt. 7. l. 1. l. 4. tt. 8. l. 1. ſ proximus. C. lib. 5. tt. 70. l. 7. ſ tali.
De eo qui proximior gradu eſt, cùm mater filij, & filius matris hæreditatem non adit. ff. tt. 17. l. 1. ſ utrum autem l. 2. ſ ſi mater.
De adgnatis fœminini ſexus. Inſt. ſ cæterũ inter maſculos, uſque ad ſ hoc etiam addendum. ff. l. tt. 7. l. 2. ſ hæc. C. l. 14. in prin. uſque ad ſ in his igitur. Nouell. c. 21. c. 118. ſ nullam uerò.
De ijs qui per fœminini ſexus perſonas ex tranſuerſo cognatione iunguntur, qui generali uocabulo cognati uocantur. Inſt. tt. 5. ſ eos etiam. tt. 7. ſ amotis. ff. tt. 8. l. 1 in prin. l. 2. in prin. C. tt. 57. l. 5. Nouell. c. 118. in prin. ſ cæterùm. uſque ad ſ enimuerò.
De capite deminutis. Inſt. tt. 5. in prin. ff. tt. 7. l. 1. ſ fin. tt. 8. l. 3. l. 5.
De his quorum parẽs capite eſt deminutus. Inſt. tt. 5. in prin. ff. l. 4.
De eo qui tempore mortis fuit apud hoſtes. ff. tt. 8. l. 1. ſ fin.
De ſeruili cognatione, uide ℨ cap. 1. huius libri. uerſ. De ſeruo & manumiſſo.
De poſthumo, & poſtea nato. ff. l. 3. ſ utiq; & ex. uſq;

uſque ad fin. legis. l. 8. in prin. tt. 8. l. 1. ſ ſi quis proxim.
De naturalibus & uulgò quęſitis. Inſt. tt. 5. ſ uulgò. C. lib. 5. tt. 27. l. 9. in prin. Nouell. c. 89. ſ eum autem filium.
De adoptiuis. Inſt. ſ per adoptionem. ff. l. 2. ſ parui autem. tt. 8. l. 1. ſ cognationem.
De ingratis, & qui defunctum accuſarunt. ff. tt. 8.

DE SINGVLIS COGNATORVM *& adgnatorum ſpeciebus.*

1. De *conſanguineis, hoc eſt, fratribus & ſororibus.*

An conſanguinei ſeu fratres ſororeſq; defuncto ſuccedant, & qui illis præferantur: item definitio conſanguineorum. Inſt. ſ ſunt autem adgnati. ff. l. 1. ſ poſt ſuos. C. l. 6. tt. 58. l. 5. l. 11. Nouell. c. 118. ſ ſi igitur cum. ſ ſi cùm aſcendent. ſ ſi defunctus. Vide inſuper ℨ cap. 5. membr. 11. uerſ. De fratre, &c.

Diſtinguitur:

De ſororibus ſeparatim. Inſt. ſ cæterùm inter. tt. 2. ſ frater autem. ſ ſed cùm. ff. tt. 8. l. 10. C. tt. 45. l. 4. tt. 57. l. 1. 3. 9. Nouell. c. 21. c. 118. ſ ſi defunctus.
De uterinis, & ijs qui non eandem matrem, uel non eundẽ patrem habuerunt. Inſt. ſ ſunt autem adgnati. ff. tt. 8. l. 10. C. tt. 57. l. 1. l. 15. ſ ſed nec fratrem. tt. 58. l. 5. l. 11. Nouell. c. 118. ſ his uerò nõ. ſ unde conſequens. c. 84.
De adoptiuis. Inſt. ſ per adoptionem. ff. l. 1. ſ fin.
De emancipatis. Inſt. tt. 5. in prin. tt. 7. ſ fin. C. tt. 57. l. 11. l. 13. l. 15. ſ cùm igitur prætor. tt. 58. l. 1. Nouell. c. 118. ſ nullam.
De uulgò quæſitis. Inſt. tt. 5. ſ uulgò. ff. tt. 8. l. 2.
De ijs qui poſt mortem, uel captiuitatem, uel deportationem patris ſui naſcuntur. Inſt. ſ ſunt autem adgnati. ff. l. 1. ſ poſt ſuos. ſ fin. tt. 7. l. 6.
De ijs quorum pater capite deminutus fuit, uel deportatus. ff. l. 1. ſ poſt ſuos. l. 4.
De ijs qui in ſeruitute matris concepti, in libertate editi ſunt. ff. tt. 8. l. 2.
De ſorore nata poſtquam mater hæreditatem repudiauit. ff. tt. 8. l. 10.
De ijs qui patri ſui hæredes non extiterunt, nec in poteſtate eius fuerunt. ff. l. 1. ſ poſt ſuos. tt. 7. l. 6.
De capite deminutis fratribus. Inſt. tt. 7. ſ fin. ff. tt. 8. l. 3.
De dotatis. C. l. 1.
De ingratis. Nouell. c. 22. ſ at uerò ingratitudinem.

2. De *fratrum & ſororum liberis.*

Inſt. ſ ſunt autem adgnati. ſ ſi plures ſint. tt. 5. in prin. ff. l. 2. ſ adgnati. C. l. 14. l. 15. ſ cùm igitur. ſ eum autem tertiò. Nouell. c. 118. ſ ſi cùm aſcendent ſ ſi defunctus. ſ quòd ſi defuncto. uſque ad ſ cęterùm. c. 127. in prin. uſq; ad ſ illud quoque.
De ſororis filijs & filiabus. Inſt. ſ hoc etiam addendum. C. l. 14. ſ in his igitur.

3. De *patruo.*

Inſt. ſ ſunt autem adgnati. ſ hoc etiam addendũ. ſ ſi plura. ff. l. 2. ſ adgnati. C. l. 7. l. 14. ſ in his igitur.

4. De *auunculo.*

Inſt. ſ hoc etiam addendum. C. l. 14. ſ in his igitur. tt. 58. l. 6.

5. De *matertera.*

C. l. 7.

6. De *fratribus patruelibus & conſobrinis.*

Inſt. ſ ſunt autem adgnati. C. tt. 15. l. 1. tt. 58. l. 6.

7. De *patrui nepote & propiore ſobrino.*

C. l. 4. tt. 15. l. 2.

8. De *cognatis ultra ſextum gradum.*

Inſt. tt. 5. ſ fin. ff. tt. 8. l. 1. ſ hæc autem. l. 9. in prin.

DE COGNATIS ET ADFINIbus. Inſt. lib. 3. tt. 6. ff. lib. 38. tt. 10.

Cap. 7.

Pro declaratione præcedentium inſeritur hoc caput: rationem autem & uſum horum titulorũ, uide Inſt. in prin. ff. l. 10. in prin.

I. DE COGNATIS.

1. *Definitio nominis.*

ff. l. 4. ſ cognati. l. 10. ſ nomen. tt. 8. l. 1. ſ cognati autem.

2. *Diuiſiones cognatorum.*

A' cauſa efficiẽte in cognationem naturalem & ciuilem, & communem tam naturalem quàm ciuilem. ff. l. 4. ſ cognationis.
Ab ordine. Sic alij ſunt ſuperioris gradus, alij inferioris, alij ex tranſuerſo. Inſt. ſ quare in primis. ff. l. 1. in prin. l. 9. l. 10. ſ ſunt & ex lateribus

3. *Species cognatorum, & nomina.*

Species cognatorum cum ſuis definitionibus enumerantur ſecundum ſeptem gradus. Inſt. ſ primo gradu. uſq; ad ſ hactenus. ff. l. 1. ſ primo. uſq; ad fin. legis. l. 2. l. 3. l. 10. ſ tranſeamus. uſque ad finem legis: pro quibus declarandis uide Arborem cognationis adiectam.

SEQVITVR ARBOR *conſanguinitatis.*



ARBOR COGNATIONIS.

Definitio parentum & liberorum. ff.l.10.§ parentes.

De sobrinis.ff.l.10.§ in septimo gradu.§ his personis.

¶ DE ADGNATIS.

Diffinitio adgnatorum & differentia à cognatis. Inst.lib.1.tt.15.§ sunt autem. usq; ad § quod autem. lib.3.tt.2.in prin.tt.6.§ adgnationis. ff.l.4. § cognationis.l.10.§ nomen.§ inter cognatos. §.cognationis.tt.7.l.5.in prin.tt.16.l.2.§ adgnati.

Differentia adgnatorum & cognatorum tollitur. Nouell.c.118. § nullam uerò. usque ad § enimuerò.

4. *Proprium, seu de concursu cognatorum.*

Inst.tt.7.§ repetitis.usq; ad fin.tituli.ff.l.1.§ itaque in primo.

5. *Species cognatorum inutiles, & modi quibus ius cognationis & adfinitatis amittitur.*

De capite deminutis. Inst.lib.1.tt.15.§ fin.tt.16.§ quod autem.ff.l.4.§ fin.

De eo cui aqua & igni interdictū est. ff.l.4.§ fin.

De adoptiuis, emancipatis & in adoptionem datis.ff.l.4.§ in adoptionem.l.5.

De seruis. Inst. tt. 7. in prin. ff.l. 10. § non parcimus.

De libertinis.ff.l.4.§ libertini.

De cognatis & adfinibus ex interdictis nuptijs. ff.l.4.§ sciendum.

De uulgò quæsitis.Inst.tt.5.§ uulgò.

6. *De gradibus cognationis.*

Ratio nominis.ff.l.1.§ gradus autem.

Quot sint.ff.l.4.in prin.

De cognoscendo quoto gradu quæque persona ab alia distet.ff.l.10.§ at quoties.

¶ II. *De adfinibus.*

1. *Definitio tam nominis quàm rei.*

ff.l.4.§ adfines.

2. *Causa.*

Nuptiæ.ff.l.4.§ adfines.§ sciendum.

3. *Propria.*

Gradus nullos habent.ff.l.4 § gradus.

De matrimonio inter illos contrahendo.ff.l.4.§ hos itaq;.

De testimonio contra affines dicendo. ff.l. 10. in prin.

4. *Species.*

Enumerantur octo adfinium species.ff.l.4.§ adfines.

De socero & socru, genero & nuru, item prosocru & pronuru. Inst.lib.1.tt.10. § si uxor. ff.l.4. § gradus.§ potest.l.6.l.8.lib.48.tt.9.l.4.

De uitrico & nouerca, itē priuigno & priuigna. Inst.lib.1.tt.10. § si uxor. ff.l.4.§ uxor liberis. § priuignus.l.7.

De uiri fratre & sorore.ff.l.4.§ uiri frater.

De uxoribus duorum fratrum. ff.l.4.§ duorum.

5. *Species adfinium inutiles & modos quibus affinitas amittitur.*

Vide paulo superius, Species cognatorum inutiles.

DE RELIQVORVM SVCCESsione. Cap. 8.

¶ I. *De successione mariti & uxoris.*

Inst.tt.10.ff.tt.11.C.tt.18.

An uxor succedat marito, & contrà maritus uxori? Distinguitur:

Si superstint liberi, parentes uel cognati. Inst.§ septimo.§ aliam uerò. C.l.1.lib.8.tt.2.l.3. Distinguitur, nisi superstes coniunx sit inops, & defunctus locuples: tunc enim succedit cum filijs, de quo uide paulo inferius.

Si iniustum sit matrimonium.ff.l.1.in prin.

Si mortis tempore non sit uxor: & si diuortium quidem factum sit, sed inutile.ff.l.1.§ ut autem.

Si ancilla sit], cum qua defunctus contubernium habuit.C.tt.58.l.9.

Si concubina sit. Nouell. c.18. § consideremus. c. 89.§ enimuerò si quis.

1. *Si superstes coniunx sit inops, succedit cum liberis.*

Nouell. c.53.§ quoniam uerò. § hæc itaq;. c.117.§ hæc autem dicimus. Distinguitur:

Si sine dotalib.instrumentis solo affectu maritali à marito ducta sit, & postea ab eo reiecta. Nouell. c.74.§ quoniā uerò. c.117.§ quia uerò.

Si defunctus sit inops. Nouell.c.53.§ hæc itaq;.

Idem iuris est in marito. Nouell. c.53. § similiter quidem uisis. c.117.§ maritum autem.

2. *In quotam partem succedat cum filijs?*

Si succedit cum filijs, quarta pars ei debetur. Nouell.c. 53. § quoniam uerò. Si tamen centum librarum auri quantitatem non excedat. Nouell. c.117.§ quia uerò.

Si plures sint filij quàm tres, tantum uxori competit, quantum uni filiorum. Nouell. c.117. § uxor autem.

Si filios ex eo matrimonio habet uxor, solus ususfructus dictæ partis ei debetur. Nouell. c. 117.§ uxor autem.

Computatur autem in hanc partem id quod uxori à defuncto legatum est. Nouell. c.53. § si tamen legatum.c.117.§ præterea si legatum.

3. *Euentus.*

Si quas res uxor habet proprias, earum exactionem simul & retentionē omnib. modis habet imminutam, istiusmodi rebus neutiquam uiri creditoribus subiacentibus, &c. Nouell. c.53. § si uerò quasdam.c.117.§ si quas uerò.

¶ II. *De successione adfinium.*

C.tt.58.l.3.l.7.

¶ III. *De patrono, liberis eius, & parentibus.*

Vide ꝛ lib.5.huius Methodi, De iure patronatus.

¶ IIII. *De nutritoribus.*

C.tt.58.l.10.

¶ V. *De hospitibus.*

Const.Friderici.§ omnes peregrini.

¶ VI. *De collegijs & corporibus.*

C.tt.24.l.8.tt.61.

¶ VII. *De fisco.*

Inst.tt.1.§ interdum. ff. tt.16.l.1.§ interdum. l. 2. § fin.

¶ VIII. *De extraordinaria bonorum possessione.*

Inst.tt.10.§ septima eas.ff.tt.14.tt.7.l.2.§ hęc autem.l.3.ff.lib.5.tt.3.l.3.§ fin.

¶ IX. *De hæredibus hæredum,*

Vide ꝛ lib.1.cap.15.

¶ X. *Si inter duorum defunctorum ſucceſſores ſit contentio, utrius cognatis ſucceſsio competat.*

Vtputa ſi duo ſimul ſint defuncti, uel dubitetur uter prior ſit defunctus. ff.lib.34.tt.5.l.11. § cùm in bello. § fin.l.20.l.24.l.25.

QVID QVANTVMQVE HAEreditatis ab inteſtato nomine competat? Cap. 9.

1. *De hæreditate diuidenda.*

Inter filios, nepotes & pronepotes. Inſt.tt. 1. § cũ filius, filia´ue. § item uetuſtas, uſq; ad fin. tituli. C.tt.15.l.3.tt.20.l.19. § fin.tt.54. l. 2. l. 8. l. 9. lib. 3. tt. 36. l. 11. l. 21. § fin. Nouell. c. 118. § ſi quis igitur.

Inter adgnatos & cognatos inuicem & cũ alijs diuidenda. Inſt. tt. 2. § hoc etiam addendum. uerſ. his etenim perſonis. ff.tt.16.l. 2. § hæc hæred.l.3.§ eſt autem tractatum.C.tt.57.l.14.§ fin. l.15.§ cum autem tertio. Nouell. c.118. § ſi cùm aſcendent.§ quòd ſi defuncto.§ at ſi adulti.

Inter aſcendentes inuicem & cum alijs diuidenda.C.tt.55.l.7.§ fin autem.tt.57.l.13.Nouell.c.118. § ſi eundem, cum § ſequenti.

Si filijfamiliâs defuncti hęreditas diuidatur, quid debeatur patri, quid alijs. ff.tt.16.l.15.tt.17.l.10.in prin.C.tt. 55.l.7.§ fin.tt.58.l.11.

Inter matrem & cæteros cognatos diuidenda, uide ſuperius cap.5.

Inter uxorem & filios diuidenda, uide paulo ſuperius cap.8.

Inter fratrum & ſororum filios diuidẽda: utrum in ſtirpes an in capita ſit diuidenda hæreditas, uide Conſt. Imper. noſtri Caroli quinti Spiræ, anno 1529. promulgatam.

2. *De reliquis.*

Vni duo in ſolidum hæredes eſſe non poſſunt. l. quod contrà. ff.de reg.iuris.

De commodis & incommodis hæreditarijs. ff. lib.37.tt.1.l.1.l.2.l.3.in prin.

De re quæ alienari non poteſt. ff.lib.41.tt. 1. l. 62.

De iure adcreſcendi, uide ſuprà cap.16.lib.eod.

Huius quoq; loci uidentur eſſe tituli, De collationibus bonorum, & dotis. Sed de illis alio loco infrà lib.proximo.

Hactenus an & quibus ab inteſtato competat hęreditas, itẽ quid quantumq; competat. Quando competat ab inteſtato hęreditas, uide in lib. prox.cap.3.

DE IVRE DELIBERANDI. ff.lib.28.tt.8. C. lib.6.tt.30. Cap. 10.

Sequuntur nunc officia hæredum, & cauſæ quibus hæreditas amittitur.

1. *Quibus competat ius deliberandi, uel non?*

De altero reorum promittendi, qui cum creditore pactus est, ne à se petatur. ff. lib. 46. tt. j. l. 7. § si ponamus.

De domino si pro procuratore fideiussit. ff. l. 10. § idem Papinianus.

IIII. *Quid & quantum ueniat in hac actione?*

Non plus consequi debet quàm soluit. ff. l. 26. § præterea.

De sumptib. quos fecit fideiussor ultra solutũ debitum. ff. l. 45. § si fideiussor. l. 50. § fin.

De usuris. C. l. 18.

Ce usuris quas fideiussor recusante reo soluit. ff. l. 48. in prin.

Si cum deteriorem rem soluere posset fideiussor, meliorem soluit. ff. l. 50. § fin. l. 52.

Cuius temporis æstimatio rei solutæ sit habenda. ff. l. 37.

De pignoribus in obligationem deductis. C. l. 2.

Si nondum soluit, potest interdum agere ut liberetur, de quo uide paulo inferius uers. An ante quàm soluit.

V. *Quando datur hæc actio?*

An antequam soluat fideiussor, agere possit. ff. l. 38. lib. 46. tt. j. l. 45. C. l. 10. in prin. Vide insuper ſ Ex specie causæ. cap. eod.

Si eum in diem deberetur fideiussor, ante diem soluit: an statim agere possit. ff. l. 22. in prin. § j. l. 51. lib. 46. tt. j. l. 31.

VI. *Adfinia remedia.*

Si nullum præcesit mandatum, negociorum gestorum actio est. ff. l. 20. § fin. l. 60. § item quæsitum. lib. 16. tt. j. l. 7. lib. 3. tt. 5. l. 31. in prin.

Si indebitum solutum est, repetitur à creditore, uel eo cui solutum est. ff. l. 29. § hoc idem. uers. cedere. § in omnibus. l. 26. § mandato. l. 51.

Si seruus fideiussit & soluit. ff. l. 12. § j. uers. planè si seruus. lib. 46. tt. j. l. 19. l. 20. l. 66.

Si fideiussor creditori hæres extiterit, ex stipulatu actionem habet. ff. lib. 46. tt. j. l. 21. § fin.

De pignorum persecutione, & actione aduersus reum & cõfideiussores à creditore fideiussori cedenda, uide ſ cap. prox. membr. 8.

DE CONSTITVTA PECVNIA ff. lib. 13. tt. 5. C. lib. 4. tt. 18.

Cap. 10.

Est hæc actio adfine remedium actionis ex stipulatu, & actionis fideiussoriæ. Ideo de ea sequitur.

I. *Ratio huius actionis.*

ff. l. j. in prin. l. 3. § fin.

II. *Causa ex qua datur.*

Si pro se uel pro alio debitum se soluturũ, uel facturum constituit. Inst. lib. 4. tt. 6. § de constituta. Distinguitur:

1. *Ex persona constituentis.*

De mulieribus. ff. l. j. § j.

De pupillo. ff. l. j. § de pupillo.

De filiofamiliâs. ff. l. j. § sed si filiusfamiliâs.

De alio quàm debitore. ff. l. 5. § quod exigimus.

De tutore, curatore, actore reipub. ff. l. 5. § item tutori. uers. & ipsi.

2. *Ex persona eius cui constituitur.*

Si alij quàm creditori constituatur. ff. l. 5. § quod exigimus.

Si cum mihi aut Titio stipulatus essem, Titio cõstituatur. ff. l. 7. uel utriq; ff. l. 8.

Si procuratori. ff. l. 5. § Iulianus.

Si tutori, curatori & actori. ff. l. 5. § item tutori. § si actori.

Si seruo. ff. l. 5. § fin.

Si ei qui mihi bona fide seruit. ff. l. 6.

Si filiofamiliâs. ff. l. 7.

3. *Ex persona eius pro quo constituit.*

Siue pro se siue pro alio. Inst. lib. 4. tt. 6. § de cõstituta.

Si pro absente & inuito. ff. l. 27. in prin.

Si nullus sit debitor, utputa si defunctus sit, uel apud hostes. ff. l. 11. in prin.

Si satis locuples sit. ff. lib. 45. tt. j. l. 97. § possum.

4. *Ex causa ex qua constituit, & antecedentibus.*

Ex quacunq; causa debitum constitui potest. ff. l. j. § debitum.

Si ex iniuriarum, furti uel ui bonorum raptorũ actione debeatur. ff. l. 29.

Si iure naturali uel honorario, non iure ciuili sit obstrictus.ff.l.j.§ debitum.
Si iure ciuili,nõ honorario obstrictus sit.ff.l.3.§1.
Si iureiurando delato uel relato iuratum sit dedeberi.ff.l.25.§ si iureiurando.
Si in diem debeatur.ff.l.3.§ si is qui iure. C. l. 2. § & liceat.
Si sub conditione debeatur.ff.l.19.in prin. C.l.2. § & liceat.
Si nullum debitum sit quod constituitur.ff. l. j. § j.l.5.§ quod exigimus.l.11.in prin. l.18. § quod adiicitur. C.l.2.§ sed & hæredibus.uersi ita tamen ut.
Si per exceptionem non debeatur.ff.l.3.§ j.
Si debitum esse desierit.ff.l.18.§ quod adiicitur.
Si res debita interierit. ff. l.21.in prin.l.23.
Si falsò persuasus à creditore se hæredem & debitorem esse constituat.ff.l.31.

5. *Ex modo & uerbis quibus constituit.*

Si absens per nuncium,uel per epistolam constituat.ff.l.14.§ fin.l.15.
Si partem debiti soluit.C.lib.4.tt.12.l.4.
Quibuscunq; uerbis cõstitui potest.ff.l.14.§ fin.
Si ita,Satis tibi faciam:uel,satis tibi fiet. itẽ, Satis tibi fiet à me & ab hoc & illo.uel:aut ab hoc & illo. Nouell. c. 115.§ ad hæc & aliud.usq; ad § fin.
Si ita scripsit:Decem,quæ Lucius Titius à te mutuo acceperat, penes me habes.ff.l.26.
Si ita scripsit:Scripsi secundum mandatum Seij, si quid debitum adprobatum fuerit,me tibi cauturum & soluturum.ff.l.5.§ Iulianus quoq;
Si ita scripsit: Remanserunt apud me quinquaginta ex credito, &c.ff.l.24.
Si scripsit alicui ut debitorem suum liberet, secq; debitum soluturum.ff.lib.17.tt.j. l. 27. in prin.
Si stipulatio interposita sit.Inst.lib.4.tt.6.§ de cõstituta.
Si cum stipulari uellet,inutiliter stipulatus est. ff. l.j.§ eum qui.

6. *Ex re quam constituit.*

Omne quod in stipulationem deduci & constitui potest, &c.C.l.2.§ hac apertissima.§ & nemi nem.usq; ad § fin.
Si non debitum cõstituit, uide s Ex causa.
Si pignus daturum se constituit.ff.l.14.§ j.
Si aliquẽm pro se fideiussurum constituit. ff.l.14. § sed etsi quis.usq; ad § fin.
Si aliud quàm quod debetur cõstituit. ff.l.j.§ an possit aliud.
Si plus quàm debetur constituit.ff.l.11.§ fin. l.12.l. j.§ fin.l.2.l.3.in prin.
Si minus quàm debetur constituit.ff.l.13.
Si certam quantitatem non adiecerit. ff.l. 14. in prin.
Si sine die constituit.ff.l.21.§ si sine.
Si certo tempore constituit.ff.l.16. § sed & certo.
Si alio tempore quàm quo debetur constituit.ff. l.3.§ fin.l.4.
Si post tempus obligationis se soluturum constituit.ff.l.18 § quare etsi post tempus.
Si id quod sub conditione debetur,purè uel certo die constituatur : uel contrà. ff. l. 19. in prin.
Si certo loco constituat.ff.l.16.§ j.
Si alio loco quàm quo debetur constituat. ff.l.§. in prin.
Si mihi constituit alij se soluturum.ff.l.5.§ item si mihi.§ Iulianus.§ si actori.§ fin.
Si non se,sed alium soluturum constituat. ff.l. 5.§ sed etsi quis.Nouell.c.115. § ad hęc & aliud. uersi aut si quis dixerit.
Si impersonaliter constituit:Ita satis tibi fiet. Nõ uell. c. 115. § ad hæc & aliud. uersi si quis autem.

7. *Ex consequentibus.*

Si id quod constitutum est, debitum esse desierit.ff.l.18.§ quod adiicitur.
Si conditio principalis obligationis defecerit. ff. l.19.in prin.
Si cum pater uel dominus uel peculio constituisset,peculium interierit ff.l.19.§ fin.
Si cum quis aliquem pro se fideiussurum constituisset,ille fideiubere nolit.ff.l.14.§ j.
Si is cui tanquam hæredi constitutum est, hæreditatem restituit.ff.l.22.
Si constituenti ab eo pro quo constituit, denunciatum est ne solueret.ff.l.27.
Si is pro quo constituit non soluat constituenti. C.lib.8.tt.42.l.5.
Si per actorem steterit quo minus ei solueretur, ff.l.16.§ ait prætor.l.17.l.18.in prin.
Si per rerum naturam steterit quo minus solua tur.ff.l.16.§ ergo si.
Si reus satisdationem uel pignora offerat. ff.l.21. § constituto.
Si solutũ uel factum sit.ff.l.16.§ ait prætor. Subdistinguitur sequentibus modis:
Si post tempus constituti factum sit.ff.l.16.§ fin.l. 17.
Si cum illud aut illud deberet, alterum cõstituit, alterum soluit.ff.l.25.in prin.
Si seruo uel domino soluit.ff.l.5.§ fin.l.6.
Si cũ mihi aut Titio deberetur, mihi postea cõstiturum, Titio solutum sit.ff.l.8.l.9.
Si ex duobus reis stipulandi alteri constitutum, alteri solutum sit.ff.l.10.
Si cum mihi aut Titio constituissel, Titio soluit. ff.l.30.

III. *Quibus datur?*

De eo cui constituit, & eo cui soluturum se constituit.ff.l.5.§ si actori.
De eo cui constitutum est, & eo cui restituta est hæreditas.ff.l.22.
De hæredibus.C.l.2.§ sed & hæredibus.
Si mihi aut Titio se soluturum constituit,mihi cõpetit actio.ff.l.8.
Si seruo constitutum sit,& ei qui mihi bona fide seruit.ff.l.5.§ fin.l.6.

IIII. *Aduersus quos datur?*

De hæredibus.C.l.j.l.2.§ sed & hęredibus.
De patre.ff.l.j.§ sed si filiusfam.

V. *Quid ueniat in hac actione?*

Non pœnam,sed rei persecutionem continet hęc actio.ff.l.18.§ è re autem.
Id quod plus debito constitutum est, non debetur.ff l.11.§ fin.l.12.
Si pater uel dominus de peculio obstrictus constituit, etiã plus quàm in peculio est.ff.l. j.§ fin. l.2.l.19.§ fin.l.20.

Si maritus

Si maritus plus de dote,quàm facere potest,constituit.ff.l.3.in prin.
Si cum alium pro se fideiussurum constituisset,is fideiubere nolit.ff.l.14.§ j.
Si plures constituerunt,singuli in solidum tenentur.ff.l.16.in prin.C.l.3.
Si ita constituit:Fiet tibi satis,à me & ab illo: uel, aut ab illo.Nouell.c.115.§ at si quis dixerit.
De usuris.ff.l.24.§ fin.l.26.

VI. *Vbi competat hæc actio?*

Si certo loco constitutum est, exemplo arbitrariæ actionis ubiq; competit.ff.l.16.§ j.
Si legatus Romæ constituit,uel Romæ se solutu rum.ff.l. 5.§ j.

VII. *Quando & quamdiu competat?*

Si sine die constitutum est,statim peti nõ potest, sed post decem dies.ff.l.21.§ si sine die.
An ante existentem conditionem competat? ff. l.19 in prin.
De reo principali prius conueniendo. Nouell.c. 4.in prin.usq; ad § Quod autem.c.136.§ sancimus.
Perpetua est,hoc est,triginta annorum.C.l.j.l.2.§ & neq; sit.
Si dies principalis obligationis exierit. ff. l. 18. § proinde temp.

VIII. *Euentus.*

Pecunia constituta nõ liberatur reus principalis, nec tollitur hac actione prior obligatio.ff.l.18.§ fin.l.23.

IX. *Adfinia remedia, & similia.*

De receptitia actione.C.l.2.in prin. § sed & hæredibus.
De stipulatione & actione ex stipulatu. Inst. lib. 4.tt.6.§ de cõstituta.ff.l.24. C.l.2.§ & non absimilem.§ & sit pecuniæ.
De actione mandati. ff.lib.17.tt.j.l.27.in prin.
De reo principali prius conueniendo , uide s Quando detur.

DE EXCEPTIONE SENATVSconsulti Velleiani. ff.lib.16. tt.1.C.lib.4.tt.29.

Caput 11.

Hæc exceptio præcedentibus actionib. solet opponi.ideo de ea sequitur.

I. *Origo huius exceptionis,& uerba senatusconsulti.*

ff.l.2.in prin.

II. *Ratio huius exceptionis.*

ff.l.j.l.2.§ uerba.

III. *Causa ex qua datur.*

Si mulier pro alio intercesserit.ff.l.j.in prin. l. 2.in prin.C.l 4.in prin.l.14. Distinguitur:

1. *Ex specie intercessionis,& modo.*

De quauis obligatione siue re siue uerbis siue alio contractu intercesserit.ff. l. 2. § omnis omnino.
Si alium defendit.ff.l.2.§ fin.l.3.
Si soluit pro alio.ff.l.4.§ fin.l.5 .l.8.§ planè si mulier.l.21.§ fin.C.l.j.l.4.§ fin.l.9.
Si fundum suum creditori alterius uendat, ut pecuniam debitori ferat acceptum.ff. l. 32. § item si mulier.l.5.uersi nam etsi.C.l.4.§ fin.
Si debitorem suum pro alio delegat.ff.l.5.l.8.§ interdum.uersi planè si mulier.l.19.§ fin.
Si quasi debitrix mulier à creditore suo alij delegetur.ff.l.8.§ Marcellus autẽ.l. 17. in prin.l.24. in prin.C.l.2.§ fin.
Si ius pignoris remittit mulier.ff.l.8.in pri.l. 17.§ si mulier.C.l.11.l.30.
Si intercedendi animo seruum alienum suum esse respondet.ff.l.26.
Si in iure interrogata hæredem se esse respondit. ff.l.23.
Si hæreditatem alicuius adeat,ut æs alienum eius suscipiat.ff.l.13.in prin.l.31. in prin.uersi aut si hæred.
Si hæreditatem emit,cuius nomine damnum patitur,quòd debitores hæreditarij non sunt soluendo.ff.l.19 § denique si ponamus.
Si in mulieris persona obligatio sumat exordiũ, ut si mulier cõtrahat cum aliquo alij creditura, donatura,uel ut alius pecuniam recipiat. ff.l.4. l.8.§ si cum essem.l.11.l.12.l.17.in prin.uersi nec id contra.l.19.§ cum haberes.l.27.in prin.l. 28.§ fi. l.29. C. l.2.l.10.l.13.l.19.
Si mandatu mulieris quis damnosam adijt hæreditatem.ff.l.19.in prin.usque ad § cum haberes.
Si soluenti alienum debitum , cauet de rato. ff. l.15.
Si tutoribus filij sui indemnitatem promittit. ff. l.8 § j.C.l.6.
Si mulier & Titius duo rei promittẽdi facti sunt. ff.l.17.§ fin.l.18.

2. *Ex causa in qua & propter quam intercedit pro alio.*

Siue uetus siue nona obligatio sit,nihil refert.C. l.18.
Si mulieris negocium geratur,causaq; ex aliqua parte mulierem contingat.ff.l.3. l. 13. in prin.l. 25.l.27.§ fin.C.l.10.
Si cum in rem communem pecuniam acciperet mulier & socius,rei prommittẽdi facti sunt, ff. l.17.§ fin.
Si,ne à creditore suo delegetur promisit.ff.l.24.in prin.
Si,ne iudicatus pater eius propter solutionem uexaretur,intercesit.ff.l.21.§ fin.
Si tutoribus filij sui indemnitatem promisit. ff. l. 8.§ j.C.l.6.
Si dotem pro alio promisit.C.l.25.
Si dotare filiam uolens , res suas pro ea genero obligauit.C.l.12.
Si in causa serui hac conditione , Si aliquid det, manumittendi intercedat.C.l.24.

3. *Ex persona eius pro quo intercedit.*

Si pro eo qui condemnatus ad mulierem regressum est habiturus,ut pro fideiussore, &c. ff.l.3. l.13 in prin.
Si pro eo cui obligata uel delegata est.ff.l. 24.in prin.C.l.2.§ fin.

Si pro eo quem creditori suo delegauit, apud creditorem intercedat.ff.l.27.§ fin.
Si pro seruo suo intercedat.ff.l.25.
Si pro seruo alieno.ff.l.32.§ fin.
Si pro eo qui obligari non potest.ff.l. 8.§ fin.l.32 § fin.
Si pro filio.ff.l.8.§ si mulier.C.l.3.
Si pro patre.ff.l.21.§ fin.C.l.8.
Si pro marito.ff.l.2.in prin. Nouell. c.134. § illud quoq; ad.

4 Ex *reliquis contingentibus.*

Si mulier callidè & fraudulenter uersata est. ff.l. 2.§ uerba.uerſ.ſed ita demum.l.23. l. 30 .in prin. C.l.5.l.18. lib.8. tt. 28. l.u.ff.lib.50. tt.17.l.110.§ fin.
Si is qui cum muliere contrahit, ignorat cui hoc factum uelit mulier,uide ſ uerſ. Si in mulieris perſona,&c.cap. eod.
Si apud ſeruum mulier intercedat.ff.l.27.§ j.
Si apud minorem 25 annis mulier interceſsit. ff. lib.4.tt.4.l.12.
Si mulier pro interceſsione aliquid accepit. C.l. 23.
Si mulieri data ſit pecunia ut eam creditori dantis ſoluat,uel expromittat.ff.l.22.C. l. 23. § ſed ſi minus.
Si mulieri ab eo pro quo interceſsit,ſolutũ eſt.ff. l.16. in prin.C.l.23.
Si in rem mulieris,quod acceptũ eſt, eſt uerſum. ff.l.21.in prin.Nouell.c. 134. § illud quoq; adueꝛſ.niſi manif.
Si prędium,quod pro marito pignori datum eſt, mariti ſumptibus melius eſt factum.ff.lib.20.tt. j.l.j § fin.
Si mulier huic exceptioni renunciauit.ff.l.32.§ penult.C.l.21.
Si poſt biennium quàm interceſsit,cautionẽ ſcripſerit,aut pignus uel fideiuſſorem dederit. C.l. 22.Nouell.c. 134.§ illud quoq;.
Si mulier ſoluit ex hac cauſa.C.l.9.
Si mulier pro eo,pro quo interceſſerat,iudicium ſuſcipere parata eſt.ff.l.32.§ penult.
Si mulier ei pro quo interceſſerat, hæres extiterit.ff.lib.46.tt.3.l.95.§ aditio.ibi, Aliquando euenit.
Si mulier mandati potius uelit agere.ff.l.31.
Si creditor pignus à muliere pro alio datum uẽdidit.ff.l.32.§ j.lib.6.tt.j.l.39.§ fin.l.40.

SVBDISTINCTIO GENERALIS:

Si in fraudem Senatuſconſulti factum ſit. ff.l. 29. § fin.

III. *Quibus datur hæc exceptio?*

De fideiuſſore mulieris.ff.l. 8.§ interdum. uerſ. quemadmodum mulieris.l.16.§ fin.l.19.§ cum haberes.uerſ.reſponde.C.l.14.l.15.
De eo qui mãdato mulieris pro alio interceſsit. ff.l.6.l.7.l.30.§ fin.l.32.§ ſi mulier ne.C.l.15.
De eo qui à muliere delegatus eſt ei apud quem mulier intercedit.ff.l.8.§ interdũ. uerſ. ſed ſi is. § ſed ſi eum.l.19.§ cum haberes.uerſ.quod quidem magis.
De creditore qui mulieri mutuaturus,ab ea delegatus eſt pro alio.ff.l.10.§ cum haberes.
De hæredibus mulieris.C.l.20.

V. *Euentus huius exceptionis.*

De priſtina actione creditori aduerſus debitorẽ, pro quo mulier interceſſerat,reſtituenda. ff. l.j. § fin.l.7.l.8.§ ſi mulier apud.§ quoties.uſque ad fin.legis.l.9. l. 10. l. 13. § de pignoribus. § fin. l.14.l.16.§ fin.l.20.l.24.§ ſi ſenatuſc.§ fin. l. 29. § ſed non ſine ratione.l.32.§ fin.C.l.8.l. 16. l.23.§ ſed ſi minus.

VI. *Adfinia remedia huius exceptionis.*

De conditione ut libereꝛur, uel ut reſtituatur ei quod ſoluit,aut ei propter interceſsionem abeſt.ff.l.8.§ Marcellus autem.uerſ.ſed condemnata.§ interdum.C.l.9.
De uendicatione pignoris à muliere pro alio dati.ff.l.32.§ j.lib.6.tt.j.l.39.§ fin.l.40.C.l.7.
De mandati actione aduerſus eum pro quo interceſsit.ff.l.21.
Ipſo iure nulla eſt obligatio, ſi inſtrumentum à tribus teſtibus ſubſcriptum non interuenit. C. l.23.§ fin.
Item: Si cum alius mutuum accepiſſet, mulierem mutuum accepiſſe in inſtrumento ſcriptum ſit. C.l.17.
Item: Si uir non conſentiẽte muliere,res eius pro ſe obligauerit. C.l.5.in prin.

FINIS LIBRI DECIMI SEPTIMI.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE CVM SVIS ACTIONIBUS:

Liber decimusoctauus.

Inſt.lib.3.tt.24.ff.lib.18 C.lib.4.tt.38. cum ſequentibus.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE. Inſt. lib. 3. tt. 24. ff. lib. 18. tt. 1. C. lib. 4. tt. 38. Cap. 1.

I. *Cauſa & origo huius contractus.*

Origo emendi uendendi que, à permutationibus cœpit.ff.l.j.in prin.
Iuriſgentium eſt hic cõtractus. ff.l.j.§ fin.
Conſenſu peragitur.ff.l.j.§ fin.l.9.in prin.

II. *Nomen.*

Veteres emptione & uenditione in appellationibus promiſcuè utebantur. ff. lib. 19. tt.j. l.19.

III. *Species*

III. *Species.*

Litis æſtimatio,uenditio eſt.ff.lib.41.tt.5.l.j.l.3. li. 23.tt.3.l.10.§ ſi ante matri.l.69.§ cum res.
Aliud eſt uendere, aliud uenditioni conſentire. ff.lib.50.tt.17.l.120.in prin.
Nemo poſt uideri eam rem uendidiſſe, de cuius domino id agitur ne ad emptorem tranſeat. ff.l.80.§ fin.
Si quis rem aliquam æſtimatam uendendã dat, non eſt uenditio.ff.lib.19.tt.3.l.j.
Si res pro re datur,permutatio eſt, de qua j lib. eod.
Si quis in uenditione precium rei ponit donationis cauſa non exacturus,non uidetur uendere.ff.l.36.C.l.3.l.9.§ fin.
Si cõuenit mihi recũ, ut certũ numerũ tegularũ, quas faceres, mihi dares certo precio, utrum emptio ſit,an locatio.ff.l.65.
Si rem aliquam uelimus fieri,& nihil aliud damus quàm pecuniam,emptio uidetur, non locatio. Inſt. lib. 3. tt. 25.§ item quæritur.ff.l. 20.
Si uendidi tibi inſulã certa pecunia,& cõuenit ut alia meam reficias:item ſi arcã, &c.ff. lib. 19.tt. j.l.6.§ j.tt.5.l.6.

IIII. *An ſit utilis hic contractus,ut ex eo competat actio?*

C.tt.44.l.3.l.7.

DISTINGVITVR:

1 Ex *perſonis contrahentium*

De patre & filio.ff.l.2.in prin.
De furioſis. C.l.2.
De eo cui bonis interdictum eſt.ff.l.26.
De pupillo.ff.l.27.tt.5.l.7. § ſi pupilli.lib.19.tt. j.l. 13.§ ſi quis à.
De minore 25 annis.ff.lib.19.tt.j.l.13.§ ſi quis colludente.
De filiofamiliâs. ff. lib. 19.tt. j.l.6.§ ſi filiusfamiliâs.
De ſeruo. ff.lib.21.tt.3.l.j.§ ſi ſeruus.C.lib.4. tt.26. l.10.
De procuratore.ff.lib.19.tt.j. l.j.§ ſi procurator.§ ſi quis colludente.lib.21.tt.3.l.j.§ Celſus ait.
Si procurator alij quàm cui à domino uendere iuſſus eſt,uendat.ff.l.63.in prin.
Si procurator minoris uendidit quàm dominus iuſſit.ff.lib.41.tt.5.l.7.§ procurator.ibi, Et ſi aduerſus.
De eo qui de hæreditate deliberat.ff.l.26.
Cui eſt donandi,eidẽ & uendendi & concedendi ius eſt.ff.lib.50.tt.17.l.123.
Si mihi & Titio emi.ff.l.64.
Si fiſcus uel creditor bona debitoris ſui uendat, uide alibi.
Sunt & alij quidam qui partim ratione ſui officij, ut tutor,curator,& is qui officium aliquod in aliqua prouincia adminiſtrat: partim propter alias cauſas emere & uendere prohibentur: de quib.uide in ſuis locis.

2. Ex *re uendita.*

Sine re nec emptio nec uẽditio poteſt intelligi. ff. l.8.
Si non appareat quid,quale, & quantum ſit id quod uenit.ff.tt.6.l.8.in prin.C.l.9.in prin.
De rebus quas natura,uel gentium ius,uel mores ciuitatis commercio exemerunt. ff.l. 6. in prin.l.34.§ omnium.
De re cuius alienatio eſt inhibita uel lege, uel teſtamento,uel pacto.C.tt.51.l.7.
De rebus & locis ſacris,religioſis,publicis,& libero.inſt.§ fin.ff.l.4.l.5.l.6.in prin. l.22. l.23.l.24.l.34.§ liberum.l.62.§ j.l. 70. l.72.§ fin. l.73.
De rebus in publico ſolo ædificatis.ff.l.32.
De re aliena.ff.l.25.l.28.lib.19. tt. j. l. 11. in prin. uerſ.quæ res.l.30.§ fin.C. tt. 51. l. 6. Subdiſtinctiones huius loci, uide infrà capite 7. lib. eod.
De re furtiua.ff.l.34.§ item ſi empt.
De re communi. C.tt.52.l.j.l.2.l.4.ff.lib.21. tt. 2. l. 64.§ fin.
De re ipſius emptoris. ff.l.15.§ fin. l. 16. l. 34. § rei ſuæ.l.61.C.l.10.
De re emptori cum alio communi .ff.l. 18.in pri.
De re emptori antea donata.C.l.4.
De re emptori legata.ff.lib.19.tt.j.l.29.
De re cuius uſusfructus emptoris eſt. ff. l. 16. l.17.
Si debitor rem ſuam,creditori pignori datam,ab eo emat. ff. l. 39. in prin. lib. 13. tt.7.l.40.in prin.
De re quæ in rerum natura non eſt. ff. l. 15. in prin.
De domo antè uenditionem exuſta.ff.l.57.
De fundo cuius arbores uento deiectę,uel igne abſumptę ſunt.ff.l.58.
De duob.ſeruis,quorum alter iam mortuus eſt. ff.l.44.
De fructu & partu futuro.ff.l.8.in prin.
De captu uel iactu piſcium,auium,miſsilium. ff. l.8.§ fin.lib.19.tt.j.l.11. § fin.uerſ. ueluti cum fundum.
De ſeruo qui eſt apud hoſtes .ff. lib. 19. tt. j.l. fin.
De ueneno.ff.l.35.§ ueneni.lib. 48. tt.8. l. 3 . in prin.
Vt res meas ex ædibus meis in tuas proiectas, mihi habere liceat.ff.l.8.§ j.
De itinere uendito ei qui fundum non habet. ff. lib.19.tt.j.l.6.§ ſi tibi.
Si res maior minori accedat.ff. l.4. in prin.uerſ. nec refert.lib.21.tt.j.l.44.in prin.

3. Ex *cauſa emptionis & uenditionis.*

Si donationis cauſa uendat.ff.l.36.l.38. C.l. 3. l. 9 § fin.
Nuda & imaginaria uenditio pro non facta eſt. ff.l.55.lib.50.tt.17.l.16.C.lib.2.tt.4.l.21. uide item commentar.de pactis, cap.3.except.8.in fine.
Si in fraudem creditoris debitor uẽdat.ff.l.26. C. tt.44.l.17.
Si propter ſumptus neceſſarios uel debitum urgens uendidit.C.tt.44.l.12.l.16.
Si coactus emit uel uendit.C.l.11.l.13.tt.44.l.j.l.8. in prin.
Si dolo aduerſarij deceptus uendidit.C. tt. 44. l. j.§ malæ.l.5.l.8.in prin.l.10.l.11.

Si hęres falsò existimans de testamento se damnatũ uendere, uendiderit. ff. lib. 19. tt. 1. l. 5. uers. sed si falso.

De errore & dissensu.

Si erat alteruter, uel dissentiunt emptor & uenditor.

SVBDISTINGVITVR *sequentibus modis.*

Si seruo uel filio emente dominus uel pater erret uel ignoret, aut contrà. ff. l. 12. l. 13.
Si supina sit ignorantia. ff. l. 15. § ignorantia.
In quacunq; re dissentiunt, inutilis est emptio. ff. l. 9. in prin.
Si in ipsa emptione uel precio dissentiunt. ff. l. 9. in prin.
Si in re quæ rei uenditæ accedit, dissentiunt. ff. l. 34. in prin.
Si ego aliam rem me emere, ut aliam te uendere putes. ff. l. 9. § si igitur ego.
Si in nomine dissentiunt ff. l. 9. § planè si in nomine.
Si in corpore dissentiunt. ff. l. 9. § nam cum incorpore.
Si in substãtia, materia, uel qualitate rei dissentiũt, uel errant: ut si acetum pro uino uendas, æs pro auro, &c. ff. l. 9. § inde quæritur. l. 11. in prin. l. 14. l. 41. § fin. l. 45. lib. 19. tt. 1. l. 21. § quamuis.
Si interpollata pro nouis uendat. ff. l. 45.
Si massam auro coopertam mihi ignoranti pro solida uẽdidit ignorans. ff. l. 41. § fin.
Si aurum deterius sit quàm emptor existimauit. ff. l. 10.
Si mensas quasi citrias emerim, cum non sint. ff. lib. 19. tt. 1. l. 21. § quamuis.
Si me uirginem emere putem, cum sit mulier: uel puerum, cum sit fœmina. ff. l. 11. § fin.

4. Ex *re qua emitur, seu precio.*

Definitio precij. ff. l. 1. § sed quia non semper.
Si nullum sit precium. Inst. § precium autem. ff. l. 2. § fine. C. l. 9. in prin.
Si incertum sit precium. Inst. § precium autem. ff. tt. 6. l. 8. in prin.
Si ita: Quanti ille æstimauerit. Inst. § precium autem. C. l. 15.
Si ita: Quãti tu emisti, uel quantum precij in arca habeo. ff. l. 7. § huiusmodi.
Si ita: Esto mihi fundus emptus cẽtum, & quanto pluris uendidero. ff. l. 7. § fin.
Si ita: Quanti uelis, quãti æquum putaueris. ff. l. 35. § 1.
Si cum ita: Quanti à testatore emptus est, testatori donatus sit fundus. ff. l. 37.
Si is qui fructum oliuæ pendentis uendidit, stipulatus est pro decem pondo olei, quod natum est. ff. l. 39.
Si in alia re, non in numerata pecunia precium constituatur. Inst. § item precium in numerata, usque ad § cum autem. ff. l. 1. § sed an fine. usq; ad § fin.
Si minoris & uiliore precio res uendita est. ff. l. 38. C. tt. 44. l. 2. l. 4. l. 8. l. 10. l. 15. l. 16. lib. 5. tt. 71. l. 11. ff. lib. 21. tt. 3. l. 1. § Celsus ait.
In precio emptionis & uẽditionis naturaliter licet contrahentibus se circumuenire. ff. lib. 4. tt. 4. l. 16. § idem. lib. 19. tt. 2. l. 22. § fin.

5. Ex *reliquis contingentibus.*

Inter absentes per nuncium uel per epistolam cõ trahi potest. ff. l. 1. § fin. C. tt. 50. l. 9. § fin.
Sub conditione contrahi potest. Inst. § emptio.
Si sub conditione, Si uoluero: uel, Si uolueris. ff. l. 7. in prin. uers. nam si arbitrium. l. 35. § illud cõ stat. C. l. 13.
Si ut cum bestijs pugnet, seruum uendidit. ff. l. 42.
Si in alio loco quàm in quo res est, uendidit. C. l. 1. tt. 44. l. 15.
Si emptori à socero uenditoris denunciatum est, ne emat. C. tt. 44. l. 13.
Si arra data nulla sit. Inst. in prin. ff. l. 35. in prin.

6. Ex *consequentibus.*

Si instrumentum conscriptum non sit. Inst. § in ijs. C. l. 12.
De conscribendis instrumentis forma. Inst. § in ijs. C. tt. 21. l. 16. in prin.
Si precium non sit numeratum. Inst. in prin. ff. l. 2. § fin. C. l. 9. l. 12. § fin.
Si cõditio non sit impleta. ff. l. 7. in prin. l. 37. § fin. tt. 6. l. 8. in prin. uers. quòd si sub.
Declaratur quæ sit conditionalis uenditio, quæ non. ff. l. 3. l. 7. in prin. l. 37. l. 41. tt. 2. l. 2, tt. 3. l. 1. tt. 6. l. 8. § si ita res. C. tt. 58. l. 4. in prin.
Distinguitur: Si per emptorem stat quo minus impleatur. ff. l. 50.
De conditione, si arbitrio domini rationes computarit. ff. l. 7. in prin. uers. sed utrum hæc.
Si causa non sit secuta, uel modus. C. tt. 44. l. 14. tt. 54. l. 6.
Si emptor uel uenditor pendente conditione mortuus sit. ff. tt. 6. l. 8. § quòd si pendente.
Si inter uenditorem & emptricem nuptię sint secutæ. C. l. 6.
Si res uendita interierit, uide ¶ De periculo rei uẽditæ.
Si fundus antequam traderetur, publicatus sit. ff. lib. 19. tt 2. l. 33. § 1.
Si cum pignus ob debitum non solutum, uel bona ob cessationem triburorũ uendita essent, debitor debitum uel precium offerat, uide ẽ lib. 16. cap. 6.
Si proximior cognatus uenditoris rem oblato precio retrahere uelit. C. l. 14.
Si socius uẽditoris retrahere uelit. C. tt. 52. l. 3, l. 4. lib. 3. tt. 37. l. 1. in prin.
Si emptorem uel uenditorẽ pœnituerit, an contractum retractare possit: Inst. § in ijs autem. uers. donec enim aliquid. C. l. 12. § fin. tt. 44. l. 3. l. 7. an si duplum precij offerat uenditor rescindi cupiens, fit audiendus: C. tt. 44. l. 6.
Si postea in contrarium pacisc antur emptor & uenditor, uide paulo inferius cap. prox.

SVBDISTINCTIO GENERALIS.

Res bona fide empta uel uendita, propter minimam causam inempta fieri non debet. ff. l. 54.

DE RE-

DE RESCINDENDA VENDITIONE. ff. lib. 18. tt. 5. C. tt. 44.

Cap. 2.

I. *An pacto posteriore uenditio fiat irrita?*

Inst. lib. 3. tt. fin. § fin. ff. l. 3. in prin. tt. 1. l. 6. § fin. li. 2. tt. 14. l. 7. § adeò autem. C. tt. 45. l. 1. tt. 54. l. 8. Distinguitur:

1. Ex *personis paciscentium.*

Si pater uenditionis in contrarium paciscatur. ff. l. 1.
Si uenditor cum altero hæredum emptoris pactus est ff. lib. 2. tt. 14. l. 7. § sed & cum duo.
Si cum alius uendidisset, dominus rei uenditæ in contrarium pactus est. ff. lib. 2. tt. 14. l. 16. § fin.
Si pupillus, qui primum sine tutoris autoritate pactus est, postea tutore autore paciscatur. uel contra primum tutore autore. ff. l. 1. § sed quæritur. l. 7. § 1.

2. Ex *re quam paciscuntur.*

Si aliquid priori pacto detrahitur uel adijcitur. ff. tt. 1. l. 72.
Si posteriore pacto precium augeatur, uel minuatur. ff. l. 2. tt. 1. l. 72. § an idem.
Si pro parte ab emptione recedatur. ff. li. 2. tt. 14. l. 7. § adeò autem.
Si cum prius illam aut illam rem emisset, postea conuenit ut alterius emptio tantum ualeat. ff. l. 4.
Si id quod purè emptum est, sub conditione ematur. ff. l. 7. in prin.
Si conditio mutetur. ff. tt. 1. l. 6. § fin.
Si conuenit ne cautio duplæ præstetur, uel ut cum fideiussore cautio duplæ præstetur. ff. tt. 1. l. 72. in prin.

3. Ex *reliquis contingentibus.*

Si nudo pacto paciscantur. ff. l. 3. l. 5. § emptio.
Si acceptum feratur alteri ab altero. ff. l. 5. in prin.
Si non re integra, sed re secuta, precio soluto req; tradita in contrarium paciscuntur. Inst. lib. 3. tt. fin. § fin. ff. l. 2. § fin. l. 3. in prin. l. 5. § emptio. tt. 1. l. 6. § fin. C. tt 45. l. 1. l. 2.

II. *Cui sit utile pactum posterius?*

An alteri prosit, alteri non. ff. l. 1. l. 7. § fin.
De fideiussoribus. ff. l. 3.
De filio patre paciscente. ff. l. 1.

III. *Euentus rescissæ uenditionis.*

uide ¶ cap. prox.

EVENTVS VENDITIONIS. Item de periculo & commodo rei uenditæ. Cap. 3.

¶ *Euentus uenditionis.*

ff. lib. 18. tt. 1.
Venditor non habet necesse rem emptoris facere: at contrà emptor habet necesse numos uenditoris facere. ff. l. 25. lib. 19. tt. 1. l. 11. in prin. uers. quæ res. l. 30. § fin. tt. 4. l. 1. in prin.
Alienatio cum fit, cum sua' causa dominium ad alium transit, quæ esset futura, si res apud nos mansisset. ff. l. 67. l. 81. § fin. quatenus autem transferatur dominum, uide alibi De dominio.
Emptori uenditoris iura prosunt, ideoq; eius defensionibus uti potest. ff. l. 76. § eum qui. libro 50. tt. 17. l. 193. § plerunque. C. libro 8. tt. 45. l. 28.
Emptor onera agnoscere debet. C. tt. 49. l. 13. in prin. Distinguitur: Si conuenit ut onus fundi apud uenditorem remaneat. ff. lib. 2. tt. 14. l. 42. C. tt. 47. lib. 11. tt. 65. l. 7.
Emptori non est necesse stare colono, cui prior dominus locauit, nisi ea lege emit. ff. lib. 19. tt. 2. l. 25. § qui fundum. C. lib. 4. tt. 65. l. 9.
Neq; nocere, neq; prodesse emptori dolus uenditoris debet. ff. lib. 19. tt. 1. l. 37. C. tt. 48. l. 3.
De exceptione rei uenditæ. ff. lib. 21. tt. 3.
Euentus rescissæ uenditionis.
Si arra data, alter sine alterius consensu à contractu nondum perfecto recedat: siquidem emptor sit, perdit id quod arræ nomine dedit: sin autem uenditor, duplum præstare cogitur. Inst. § ita tamen. C. tt. 21. l. 16. § fin.
De eo quod arræ nomine datum est, rescissa uenditione restituẽdo. ff. lib. 19. tt. 1. l. 11. § is qui uinã. § ego illud. C. tt. 45. l. 2. tt. 49. l. 3. l. 54. l. 1.
De precio repetendo. ff. l. 16. l. 22. l. 23. l. 41. § fin. l. 52. l. 57. tt. 4. l. 7. tt. 6. l. 8. § quòd si pendente. lib. 19. tt. 1. l. 11. § si quis uirginem. l. 13. § offerri. uersum de. l. 47. C. tt. 45. l. 2.
De fructibus interim perceptis cuius sint. ff. tt. 6. l. 8 § quòd si pendente. C. tt. 54 l. 6.
De dominio rei cuius interim sit. ff. tt. 5. l. 9.

¶ *De periculo & commodo rei uenditæ.*

ff. lib. 18. tt. 6. C. tt. 48.
Vtrius sit commodum & periculum rei uẽditæ? Commodum eius esse debet, cuius & periculum est. Inst. § sed si post emptionem. uers. nam & commodum. C. tt. 49. l. 12. periculum autem post perfectam emptionem regulariter ad emptorẽ pertinet: ergo & cõmodum. Inst. § cum autem emptio. § sed si post. ff. l. 7. in prin. l. 8. in prin. uers. nam perfecta. C. l. 1. l. 2. § 1. l. 5.

Declaratur,

quando dicatur perfecta uenditio, Inst. in prin. § cum autem. ff. l. 8. in prin. tt. 1. l. 2. § fin.

Distinguitur. sequentib. modis.

1. Ex *tempore quo accidit periculum.*

Si ante existentem conditionem accidit, uenditoris periculum est. ff. l. 8. in prin. uers. quod si sub. Subdistinguitur: Si conuenit ut ante existentem conditionem periculum sit emptoris. ff. l. 10. in prin. Si res emptori ante conditionem existentem tradita sit. ff. l. 8. in prin. uers. quod si pendente. Si ita emit: Siue nauis ex Asia uenerit, siue non. ff. l. 8. § si ita res.
Si cum res illa aut illa empta esset, ante electionem altera uel utraq; perierit. ff. tt. 1. l. 34. § si emptio.
Si ante traditionẽ rei acciderit. Inst. § cum autem. uers. tametsi. ff. l. 14. tt. 5. l. 5. § mortuo. lib. 47. tt. 2. l. 14. in prin. uers. & sanè. C. l. 2. l. 4. l. 6. ff.

lib

lib.19.tt.j.l.36.Subdistinguitur: Si non stat per uenditorem quo minus tradat. C.l.4.l.6.Si per emptorem stat quo minus ei res tradatur. ff.l. 12.l.13.lib.19.tt.j.l.51.in prin.Si res ab emptore signata fit.ff.l.14.§ fin.l.j.§ sed si non. § si doliũ. Si post claues traditas accidit.C.l.2.§ j.

Si antequam uinum degustaretur.ff. l. j. § sed si non.l.4.

Si antequam admensa,adpensa, adnumerata ue sunt.ff.tt.j.35.§ in ijs quæ.usq; ad § fin.

Si antequam uinum admetiatur.ff.l.j. § sed & custodiam.l.2.§ fin.l.5.tt.j.l.35.§ sed etsi.

Si antequam fundus admetiatur.ff.l.10.§ fin.

Si antequam auehatur uel tollatur uinum.ff.l.4. § si auersione.§ uino autem.l. 5.l. 15.tt.j.l. 62.§ fin.

Si intra diẽ quo res emptori addicta est accidit. ff.tt.2.l.2.§ fin.l.3.l.7.§.fundo.

Si cum emptor seruum emptum conductum rogasset donec precium solueret, acciderit. ff. l.16.

2. Ex *antecedentibus.*

Si uenditor in se periculum recepit. Inst. § quod si fugerit.ff.l.j.§ j.usq; ad § sed & custodiam.tt. j.l.78.§ fin.C.tt.58.l.3.

3. Ex *specie damni dati.*

Si uinum uenditum acuerit, uel quid aliud uicij sustinuerit,uel effusum fit.ff.l.j.in prin. l.4. in prin.usq; ad § fin.l.15.C.l.2.tt.49.l.12.

Si res furto ablata fit,uel seruus fugerit. Inst. § quod si fugerit.ff.l.14.§ fin.tt.j.l.3.§ si res uendita.lib.47.tt.2.l.14.in prin.

Si res euincatur emptori. C.l.j.

Si ædilis lectos empros in uia publica positos cõcidit.ff.l.12.l.13.l.14.in prin.

Si princeps prædia empta distrahat, uel militibus assignet.ff.lib.21.tt.2.l.11.in prin.

Si insula uendita igne combusta fit.ff.l.11.

4. Ex *causa damni dati.*

Si dolo uenditoris factũ sit.Inst. § itaq; si homo. uers.quidquid.§ quod si fugerit.ff.l.5.l.16.§ fin. C.l.3.

Si culpa uel negligentia uenditoris factũ fit.Inst. § itaq; si homo.uers.quidquid. § quod si fugerit. Vide insuper paulo inferius. uers. Si uenditor custodiam.

Si iussu uẽditoris seruus uẽditus aliquid fecit ex quo crus fregit,uel aliud damnum passus est. ff.lib.19.tt.j.l.54.in prin.

5. *Ex reliquis contingentibus.*

Si uenditor custodiam rei debeat.ff.l. 2 § fin. l.3. l.11.lib.19.tt.j.l.31.in prin.

Si cum Stichus aut Pamphilus emptus esset,alter ante electionem mortuus sit.ff.tt.j.l.34.§ si emptio.

DE ACTIONE EMPTI.

ff.lib.19. tt.1.C.tt.49.

Cap. 4.

I. *Causæ ex quibus competit hæc actio?*

In hoc iudicio id demum deducitur, quod præstari conuenit: quòd si nihil conuenit, tunc ea præstabuntur, quæ naturaliter insunt huius iudicij potestate.ff.l.11.in prin.lib.2.tt.14.l. 44.

Si igitur uenditor non præstat id de quo conuenit,actione empti tenetur.ff.l.2.in prin.l. 6.§ si dolo.l.11.in prin.lib.2.tt.14.l.44.

Si dolo egit,& contra bonam fidem. ff.l.j.§ uenditor.l.6.§ si uas.§ si dolo malo .l. 11 .§ denique ad.uers.dolum planè. uers.quia dolum. l.39. § fin.lib.18.tt.j.l.43.§ fin .

Si non tradat rem.ff.l.j.in prin.l. 11. in prin. uers. & in primis.§ & ex empto.l.40.lib.18.tt.j.l.68. § fin.

Si non debito tempore uel loco tradat.ff.l. 3 . § si per uenditorem.C.l.10.

Si non tantum ac tale,quantum & quale uendidit,tradat.ff.l.21.§ quamuis.C.l. 12. Quid autẽ, quantum & quale tradendum,uide j Quid ueniat in hac actione.

Si dissimulat rei conditionem,onus uel uicium, uel obscurè loquitur.ff.lib.18.tt.j.l.43. § fin. lib. 19.tt.j.l.13.§ idem Iulianus.l.21.§ j.l.39.

Si non indicat seruitutem quę debetur prædio, uel à prædio.ff.l.j. § uendiror. usq; ad finem legis.l.35.l.39.§ cum hoc.& lib.18.tt.j.l.66.§ si cũ seruitus.lib.21.tt.2.l.69.§ sed etsi quis . uers. sicuti qui.tt.j.l.61.

Si non indicat annuam pensionẽ quam debet domus pro aquæductu.ff.l.41.

Si in uendendo fundo fines & iura eius non indicat uel ostendit.ff.l.48.

Si confinem in uendendo fundo celat. ff.lib.18.tt. j.l.35.§ fin.l.63.§ fin.

Si in uendendo fundo partem, quam non possidet,non indicat.ff.l.39.

Si in uendendo mancipio nationem eius non indicat.ff.lib.21 tt.j.l.51.§ qui mancipia.

Si rem alienam sciens uendidit,uide j cap.7.lib. eod.

Si rem quasi obligatã sibi,quæ non est obligata, uendidit creditor.ff.l.11.§ sententiam.

Si rem sacram,religiosam,publicam, uel hominẽ liberum uendat sciens.Inst. § fin.ff.lib. 18. tt.j.l. 62.§ qui nesciens.

Si locum religiosum pro puro uendidit,ff.lib. 11. tt.7.l.8.§ j.

Si emptori rem eius uẽdat.ff.l.5.in prin. uel rem quæ emptori sub conditione legata est. ff. l. 29.

Si rem non integram uẽdat sciens.ff.l.6.§ si uas. lib.21.tt.j.l.33.in prin.

Si interpollata pro nouis uendat, uel orichalcũ pro auro. ff.lib.18.tt.j.l.45.

Si massam auro coopertam pro solida uendat. ff. lib.18.tt.j.l.41.§ fin.

Si pecus morbosum,aut tignum uiciosum uendat.ff.l.13.in prin.l.27.l.54.§ fin.

Si partum ex ancilla sterili uel annosa uendat. ff. l.21.in prin.

Si seruum furem,fugitiuũ uel noxium uendat. ff. l. 4. in prin. l. 13. § item qui furem. l. 11. § etiamsi ignorans. § idem libro. lib. 21. tt. j. l. 44 . § fin . Vide de hac causa j cap. proxim .

Si mulierem pro uirgine uendat.ff. l. 11. § si quis uirginem.

Si cum cui fideicõmissaria libertas debetur, pro seruo uendat.ff.l.43.in prin.l.45.§fin .

Si in

Si in uendendo statulibero cõditionem sub quamanumissus est,non indicat.ff.lib.21.tt.2.l. 69.§ sed etsi quis. lib.40.tt.7.l.9.§ j.

Si statuliberum uenditum quinq; dare iussum,dicat decem iussum dare.ff.l.42.§ fin . lib . 40. tt. 7.l.10.

Si uenditor dolo fecit quo pluris uenderet, puta de artificio mentitus,aut de peculio.ff.l. 13. § si uenditæ.

Si interrogatus negat seruitutem debitam deberi.ff.l.j.§ sed scire.

Si modus agri minor inueniatur quàm uẽditor dixit.ff.l.2.in prin.l.4.§ si modus.l.6. in prin . l. 13.§ si Titius.l.22.l.42.lib.18.tt.j.l.40.in pri.lib.21. tt.2.l.45.l.69.§ fin.

Si fundus uẽditus plus oneris habeat, quàm uẽditor dixit. ff.l.13.§ idem Iulianus.l.21.§ si prædij

Si minor fundi capitatio dicta est à uenditore. C.l.9.

Si in qualitate fundi mentitus est.ff.l.22.

Si in qualitate iugerum captio est.ff.l.34.

Si per collusionem imaginarium colonum circũ ueniendi emptoris causa supposuit. ff. l. 49. in prin.

Si uas non tantum capit uel tantum pondus habeat, quantũ uenditor dixit.item si non sit integrum.ff.l.6.§ si uas.

Si rei uenditæ aliquid accessurum dixit uenditor, nec id accedit.ff.l.6.§ si tibi iter.l. 11. § si quis rẽ. l.26.l.27.

Si fundum deducto usufructu uendens, dicat usumfructum Titij esse, cum sit Seij.ff. l.7.

Si cum liberum deberet dare prædium, seruum tradidit.ff.l.8.lib.4.tt.3.l.7.§ non solum.

Si ædes quas uendidit, dixit seruas fore, liberas tradere non tenetur . ff . lib . 8. tt. 4. l. 7. in prin.

Si emptorem minoribus ponderib. circumscribat.ff.l.32.lib.48.tt.10.l.32.

Si iactu empto piscator rete iactare nolit, uel quod extraxit piscium emptori non det. ff. l. 12.

Distinguitur: Si nihil capiat. ff. l. 11 . § fin . uers. ueluti cum futurum.

Si emptorem qui pendentem uindemiam emit, uuas legere, lectas calcare, uel mustum euehere prohibeat.ff.l.25.

Si conditionem,sub qua emptio facta est, non implet.ff.lib.18 tt.j.l.41.

Si fundo in diem addicto, uenditor simulauerit meliorem conditionem allatam.ff.lib.18. tt. 2. l. 14.in prin.

Si non diligentiam & custodiam præstat uenditor.ff.l.39 .

Si uinum uenditum effundit.ff.lib.18. tt. 6. l. j. § licet autem.usq; ad fin.legis.l.2 in prin.

Si seruum uenditum manumisit.ff.l.23.C.l.11.

Si prædio uendito ædificia diruit,uineas extirpauit,arbores excidit. ff. lib. 4. tt. 3. l. 7. § non solum .

Si faciat ne fructus,uel partus in futurũ emptus nascatur .ff.lib.18.tt.j.l.8.in prin.

Si prædium obligatum non liberat.ff.l.52.§ prædium.lib.18.tt.j.l.41.C.lib.8.tt.45.l.5.

Si cum id quod à colono exegisset accessurum dixisset,à colono non exigat,ff.lib. 18. tt. j. l. 68. in prin.lib.19.tt.j.l.13.§ in his.

Si propè locum sepulchri,quem uendidit, ædificet.ff.l.6.§ si locum.

Si per uenditorem factum sit quo minus fundũ emptor possideat.ff.lib.18.tt.j.l.68.§ ferè.

Si res emptori euincatur,uel possessio auocetur. ff. l. 3. in prin. C. tt. 48. l. j. uide j De euictione.

Si fundum ante traditionem publicatus sit.ff.tt.2. l.33.§ nam etsi.

Si in possessione tradita alius sit legatorum seruandorum causa uel uentris nomine. ff. l. 2. § uacua.

Si emptorem in possessione priorem non præstet.ff.l.11.§ idem Neratius.C.lib.8. tt. 46 . l. j. § fin .

Si emptor de fundo expellatur.C.l.17.

Si emptor serui uenditi nomine noxali iudicio conuentus & condemnatus sit. ff. l . 11. § idem libro.

Si cum colono habitationem excepisset uẽditor, is damnum dederit.ff.l.13. § si uenditor.

Si ante traditionem domus damni infecti stipulationem non interposuit.ff.l.36.

Si cum boues uendidisset ea lege ut experiundos daret: postea in experiendo emptoris seruus percussus sit ab altero boue. ff. lib. 9.tt.2.l. 53. 53.§ quidam boues. *distinguit tot.*

De reliquis,uide j Quid ueniat in hac actione.

DISTINCTIONES GENERALES.

Si ignorans sine dolo malo fecit uenditor.ff.l.6. in prin.l.11.§ etiamsi.l. 13. in prin.§ in his autẽ. l.21.§ j.§ quamuis.

Si emptor sciuit.ff.l.j.§ uenditor.uers. si modo . § fin.lib.44.tt.4.l.4.§ item Labeo.C.l.9.§ fin.

Si non fit adiectum in uenditione: dolum malum à uenditore abfuturum. ff. lib. 18. tt. j. l. 68.§ j.

Si uenditio sit inutilis,uide ẽ cap.j.lib.eod.

Si res aliena uendita sit.ff.lib.44. tt. 4. l. 4. § si à Titio.ibi,etsi ipse.lib.19. tt.j.l.46.

Si emptor capite sit deminutus . ff . l . 24 . in prin.

Si emptor ex duplæ stipulatione litis æstimationem consecutus est.ff.l.11.§ Cassius .

Si cum partẽ uendidisset uenditor, & antequam traderet iudicio communi diuidundo à socio prouocatus esset,eiq; tota res adiudicata: emptor totam rem suscipere nolit.ff.lib. 10. tt. 3.l. 7.§ si debitor.uers.nam etsi . item si licitatione victus sit uenditor,partemq; socio dederit.Ibidem uers.sed etsi.

Si nondum precium sit solutum. ff.l. 13. § offerri. C.tt.49. l.8. § fin.Subsinguitur: Si aliqua lege precium debere desij. ff. l. 50. Si solutum quidem est,sed non totum.ff.lib.21.tt.j.l.57.in prin. l.31.§ idem Marcellus.lib.18.tt.j.l. 78. § qui fundum.

II. *Quibus competit hæc actio?*

De emptore.ff.l.11.in prin.

De duobus eandem rem diuerso tempore ementibus,utri detur actio ff.l.31.§ fin.lib.44 . tt. 4. l.4.§ si à Titio.uide ẽ De rei uendicatione.

Si seruus emit,cui competat actio? ff. l. 24. § seruum.lib.21.tt.j.l.31.§ idẽ Marcellus.l. 43. § fin. lib.12.tt.j.l.31. § seruum.usq; ad fin.legis:

Si sibi

Si sibi & Titio emit, an Titio competat actio. ff. lib.18.tt.1.l.64.
De eo qui emit, & eò cuius pecunia res empta est.C.tt.50.l.1.l.8.l.9.tt.19. l. 21. lib. 3. tt. 32. l. 6. l.8.
De eò qui emit, & eo cuius nomine emptum est, item cuius nomen in instrumento conceptum est.C.tt.50.

III. *Aduersus quos competit empti actio?*

De domino procuratore uendente.ff.l.13.§ si procurâ.
De filiofamiliâs uendente.ff.l. 6. § si filiusfamiliâs.
De pupillo tutoribus dolo facientibus.ff. l. 13. § sed cum in facto.
De hæredibus.ff.l.47.l.52.§ prædium.
De ipso seruò uendito pupillo, à quo uenditus erat, substituto.ff.lib.21.tt.2.l.7.
De pluribus uenditoribus: utrum singuli in solidum, an pro parte teneantur.ff.tt.2.l.49. lib. 21. tt.1.l.44.§ proponitur.

IIII. *Quid ueniat in empti actione?*

Venit in hac actione, ut aut det aut faciat aliquid uenditor.

¶ 1. *In dando consistit,*

Vt rem tradat, de quo uide s̄ in prin.huius capitis.uers.Si nō tradat rem. item paulo inferius quid, quale & quantum, &c.
Vt rescissa uenditione precium & arram emptori reddat: de quo uide s̄ cap.3. lib.eod.Euentus rescissæ uenditionis.
Vt nisi det uel faciat quod debet, præstat interesse.ut,
Si non tradit rem.ff.l.1.in prin.l.3.§ si per uendito rem.l.11.§ & ex empto.l. 21. § cum per uēditorē. C.l.4.l.12.
Si non satisdat, uel dupla non promittitur.ff. l. 11. § & ex empto.lib.21. tt.2.l.2.tt.1.l.28.
Si sciens quid aut ignorans facit.ff.l.13.in prin.
De reliquis causis quibus ad interesse agitur, & quanti æstimatio facienda est, uide s̄ Causas ex quibus competit hæc actio.
Si hæres uenditoris conueniatur, an teneatur pœnam &.usuras. ff.l.47.
Si fideiussor uel dominus serui uendentis conueniatur.ff.l. 24.§ fin.
Vt actionem præstet.
Si res uenditori ui, uel furto ablata sit. ff. l. 31. in prin.lib.47.tt.2. l.14.in prin.
Si conuenit ut salarium quod ab illa persona debebatur, emptori cederet.ff.l.52.§ inter.
Veniunt insuper à uenditore danda ea, de quib. sequitur.
De fructibus.ff.lib.18.tt.1.l.40.§ cum fundum. l. 80.§ sylua.tt.4.l.21.§ at cum hæredes.lib.19. tt. 1. l.3.§ si emptor.l.13.§ si fructibus.lib.22.tt.1.l.38.§ ex causa emptionis.l.4.§ uerùm si emptor.C.tt. 49.l.2.§ fin.l.13.in prin.
De eo quod postea accesit, & omni commodo. ff.lib.18.tt.1.l.31.lib.19.tt.1.l.13.§ sed etsi. Vide insuper s̄ De periculo & commodo rei uenditę, cap.3.lib.eod.
De partu ancillæ uenditæ.ff.lib.22.tt.1.l.4.§ si uerò potest.lib.40.tt.5.l. 41.§ Lucia.
De fœtu pecorum.C.tt.49.l.16.
De eo quod accessurum dixit uenditor. ff. lib. 18. tt.l.1.l.34.in prin. l. 40. l. 60. § penult. l. 68. in prin.lib.19.tt.1.l.6.§ si tibi iter.l.11.§ si quis rem. l.26.l.27.l.53.in prin.tt.2.l.58.in prin.
Si aquam accessuram dixit, an & uia aquæ debeatur.ff.lib.18.tt.1.l.40.§ in lege.
De ijs quæ excepit uenditor.ff.lib. 18. tt. 1. l. 40. § fundi.§ cum fundū.l.72.§ fin.l.77.l.80. in prin. C.lib.3.tt.39.l.1.
Si ruta cæsa excepta sunt.ff.l.17.§ si ruta.
Si emptor uina emit, exceptis acidis & mucidis: an postea acida & mucida si uelit petere possit, ff.lib.18.tt.6.l.6.
Si illa res aut illa uendita sit, quæ debeatur.ff. lib. 18.tt.1.l.25.l.34.§ si emptio.
Si plures serui sint eiusdem nominis, ut non appareat de quo senserint.ff.lib. 18. tt. 1. l. 34. in prin.
Si plures res uno precio emptæ sunt, de singulis ex empto agi potest.ff.lib.19.tt.1.l.33.
De eo quod consecutus est uēdito rem ablatam persequendo.ff.lib.47.tt.2.l.14.in prin.
De eo quod consecutus est nominis uenditor à debitore.ff.lib.44.tt.4.l.4.§ quòd si is.
De instrumentis rei uenditæ.ff.l.52.in prin.
De rutis & cæsis.ff.l.17.§ si ruta cæsa. l. 18. lib. 18. tt.1.l.66.§ fin.lib.50.tt.16.l.241.
Aedibus uenditis quid ueniat.ff.l.13. § fin. l. 14.l. 15.l.16.l.17.in prin.§ quæ pictæ.§ Labeo. usq; ad § fin.l.18.l.38.§ firmius.l.52.§ fin.lib.18.tt.1.l. 40. § fin. l. 47.l. 48. l. 49. lib. 39.tt.2.l.47.lib.50.tt. 16.l.242.§ plumbum.§ fin.l.245.
Fundo uendito quid ueniat.ff.l.15.l.16.l.17. in prin. usq; ad § quæ pictæ.§ fin.l.48.l.53.§ si eum. lib. 18.tt.1.l.51.l.59.l.66.in prin.l.73.tt.6.l. 7. § fin.l.9. lib. 8.tt. 5. l. 20. § plures.ff.lib.41. tt. 1. l. 30. in prin.
Tabernis uel cęteris quæ in solo publico sunt uēditis.ff.lib.18.tt.1.l.32.
Seruo uendito quid ueniat.
De peculio serui.ff.lib.18.tt.1.l.29. lib. 21. tt. 2. l.3. lib.19.tt.1.l.23.
De eo quod per seruum uenditum uenditor ad quisiuit.ff.l.13.§ si quid ser.10.l.23.lib.21.tt. 1. l. 23. § fin.tt.2.l.51.§ non mirum.
De eo quod emptor per seruū adquirere potuit. ff.l.31.in prin.uers.& non solum.
De eo quod statuliber uenditori conditionis implendæ causa dedit.ff.lib.44.tt.4.l.3.
Si lacu empto, & circa eum 10 pedes, lacus in 10 pedes creuerit: an alij 10 pedes debeantur. ff. li. 18.tt.1.l.69.
Horreis uenditis, ueniunt & dolia ibi defossa. ff. lib.18.tt.1.l.76.in prin.
Sylua in quinquennium uendita, utrum glans decidens emptori debeatur.ff.lib.18. tt. 1. l. 80. § sylua.
Si cum suam partem fundi communis uendidisset socius, & antequam traderet accepto communi diuidundo iudicio totus fundus uenditori uel socio eius fit adiudicatus.ff.l.13. § idem Celsus.

Quantum & quale tradendum.

Qua mensura utendum.ff.lib.18.tt.1.l.71.
Si quis fructum oliuæ pendentis uendens stipulatus est

latus est pro 10. pondo olei preciū: & plus uel minus natum sit.ff.lib.18.tt.1.l.39.§ uerisimile.
Si seruus iussu domini in demonstrandis finibus agri errore uel dolo plus demonstrauerit. ff.li. 18.tt.1.l.18.§ fin.
Si uendito homine dixerit peculium eum habere decem, cum plus minus ue habeat. ff.l.38. in prin.
Vltra modum tritici distracti emptor exigere nō potest.C.tt.49.l.15.
Res uendita talis præstari debet qualis est. ff. lib. 18.tt.1.l.59.
Si seruum coquum dixit, uel optimum coquum, &c. qualem præstare debeat. ff.lib.21.tt.1.l.18. § fin.l.19.§ illud.lib.18.tt.1.l.59.
Quidquid uenditor accessurum dixit, id integrū ac sanum tradi oportet. ff.lib.19.tt.1.l.27.l.54. § fin.lib.21.tt.1.l.33.in prin.

¶ 2 *In faciendo consistit.*

Vt prædium obligatum liberet uenditor.ff.l.52.§ prædium.lib.18.tt.1.l.41.C.lib.8.tt.45.l.5.
Vt cum eo cui habitationem excepit, uenditor agat.ff.l.13.§ penult.
Vt caueat uenditor, uide paulo inferius.
Vt emptio distrahatur.ff.l.11.§ is qui uinum.
Vt res redhibeatur.ff.l.11.§ redhibitione.§ si quis uirginem.
Vt rem, quæ ita, si displicuisset reddi, empta est, recipiat.ff.lib.18.tt.5.l.6.
De reliquis, uide s̄ Causas ex quib. competit hæc actio.

¶ De *cautione* De *dupla.*

1 *Duplam quoq; uenditor emptori promittere debet, potestq; ut hoc fiat ex empto agi.*

ff.lib.21.tt.2.l.37.in prin.lib.19.tt.1.l.11.§ & ex empto. Distinguitur sequentib.modis:
Si res sit minus preciosa.ff.lib.21.tt.2.l.37.§ 1.
Si seruus uendatur.ff.lib.21.tt.2.l.37.§ per edictū.
Si aliud conuenit.ff.lib.21.tt.2.l.37.in prin.lib.19.tt. 1.l.11.§ deniq;.
Si non sponte, sed à prætore iussus distrahat.ff.li. 10.tt.2.l.49.in prin.
Si cautum uel promissum sit. Subdistinguitur sequentib.modis.
Si simpla pro dupla promissa est.ff.lib.21.tt.2.l.37. § fin.
Si dictum non sit, quantum uenditorem pro eui ctione præstare oporteat.ff.lib.21.tt.2.l.60.

2 *Quid, seu de qua re cauendum?*

Rem emptori habere licere. ff.l.11.§ & ex empto.
Vendito itinere, actu, uia, &c. per se non fieri quo minus ire agere liceat.ff.l.3.§ si iter.
Animalia uendita sana præstari, esse, bibere uti oportet.ff.l.11.§ animalium.
Seruum uenditum sanum esse, fugitiuum, erronem non esse, noxa solutum esse. ff.lib.21.tt.1.l. 31.§ quia assidua. C.tt.49.l.14.

3 *In quantum cauendum.*

In simplum, duplum, triplum, &c. ut conuenit. ff. lib.21.tt.2.l.56.in prin.l.74.in prin.l.6.

4 *Quo cautionis genere cauendum?*

Ex consuetudine eius regionis in qua negocium gestum est, caueri oportet.ff.lib.21.tt.2.l.6.
Vt satisdet nō est cogendus uenditor, sed sufficit nuda repromissio, nisi aliud conuenit.ff.lib.21. tt.2.l.4.in prin.l.37.in prin.l.56.in prin.uers.nō tamen.

§ *Euentus si non caueatur.*

Vide s̄ membr. eod.4.uers.Si non satisdat.
De actione si cautum sit, uide j̄.

V. *Quando & quamdiu competit hæc actio?*

Non ante existentem conditionem contractus. ff.lib.21.tt.1.l.43.§ si sub conditione.
Empti actio longi temporis præscriptione non submouetur.C.lib.8.tt.45.l.21.

VI. *Adiuncta harum actionum.*

Si alter ex iusta, alter ex iniusta causa possideat. ff. l. 3. in prin.

3. *Ex reliquis contingentibus.*

Si rem uindicat. ff. lib. 41. tt. 2. l. 12.

VI. *Quibus datur hoc interdictum?*

De eo qui ædes possidet, & eo qui cœnaculum. ff. l. 3. § sed si suprà.

VII. *Apud quem competit?*

Apud rectorem prouinciæ. C. lib. 8. tt. 6. l. 1.

VIII. *Quid ueniat in hoc interdicto?*

Quanti ea res est. ff. l. 1. in prin. ibi, Nec pluris. l. 3. § in hoc interdicto.

Vt tollat tectoria ex ædibus meis. ff. l. 3. § si uicinus.

IX. *Quamdiu datur?*

Intra annum, quo primùm experiundi potestas erit. ff. l. 1. in prin. ibi, Neq; pluris.

X. *Adfinia remedia.*

Exceptio. ff. l. 1. § restituendæ.

Iniuriarum actio. ff. lib. 47. tt. 10. l. 13. § si quis me. l. 14.

¶ DE SVPERFICIEBVS.

ff. lib. 43. tt. 17.

I. *Ratio & usus huius interdicti.*

l. 1. § qui superficiem.

II. *Proprium & simile.*

Duplex est. l. 1. § proponitur.

Ad exemplum interdicti Vti possidetis proponitur: & omnia quæ in illo interdicto seruantur, in hoc quoq; seruabuntur. l. 1. § proponitur.

III. *Causa ex qua datur.*

Si quis superficie uti prohibetur. l. 1. in prin.

Declaratur, quæ sint superficiariæ ædes. l. 2.

DISTINGVITVR:

Ex quacunq; causa possideat, nihil interest. l. 1. § proponitur.

Si ui, clàm uel precario possideat. l. 1. § proponitur.

IIII. *Adfinia remedia.*

De actione ex cõducto, & ex empto. l. 1. § qui superficiem.

De alia actione quæ datur superficiario. l. 1. in prin. ibi, Si qua alia. § quod autem ait. § si soli. § quod autem. § & si duobus.

V. *Reliqua.*

De actione quę datur domino soli. l. 1. § is autem cuius. § quod autem.

Reliqua iura superficiei. l. 1. § quod autem. usq; ad fin. legis.

¶ *Vtrubi.*

ff. lib. 43. tt. 30.

I. *Simile.*

Interdictũ hoc simile est interdicto Vti possidetis. Inst. lib. 4. tt. 15. § retinendæ. ff. l. 1. § fin.

II. *Differentia huius interdicti, & interdicti Vti possidetis.*

Inst. lib. 4. tt. 15. § sed interdicto. ff. l. 1. § 1.

III. *Causa ex qua datur.*

Si inter duos de rei mobilis possessione controuersia fit, is uincit qui eam partem maiore parte eius anni possedit. Inst. lib. 4. tt. 15. § retinendæ. § quorum uis. ff. l. 1. in prin.

Mutatur, & constituitur ut is uincat qui litis contestatæ tẽpore, uel cũ inquietatur detinet. Inst. lib. 4. tt. 15. § quorum uis. ibi, Hodie. ff. l. 1. § fin.

Distinguitur. Si ui, clàm uel precario alter ab altero possideat. Inst. lib. 4. tt. 15. § quorum uis. ff. l. 1. § fin.

De reliquis huiusmodi interdictis, uide ℣ lib. 8. huius Methodi.

DE INTERDICTIS IN GENERE. Inst. lib. 4. tt. 15. ff. lib. 43. tt. 1. C. lib. 8. tt. 1. Cap. 20.

I. *Definitio interdictorum.*

Inst. in prin.

II. *Ratio nominis.*

Inst. § sunt tamen qui putant.

III. *Genus & propria.*

Actionis uerbo continentur. ff. lib. 44. tt. 7. l. 36.

Personalia sunt, non in rem. ff. l. 1. § penult.

In factum actione sine solennitate proponũtur. Inst. § fin. C. l. 3. l. 4.

Ad priuatas causas, non ad publicas pertinent. ff. lib. 47. tt. 10. l. 14. § fin.

IIII. *Diuisiones & species.*

Non infamant. ff. tt. 15. l. 13.

Aut de diuinis rebus sunt aut de humanis. ff. l. 1. in prin. l. 2. § interdicta autem.

Quædam prohibitoria sunt, quædam restitutoria, quædam exhibitoria. Inst. § summa. ff. l. 1. § interdictorum autem.

Quædam sunt adipiscendæ, quædam retinendæ, quædam recuperandæ possessionis. Inst. § sequens diuisio. usq; ad § tertia diuisio. ff. l. 2. § interdicta. usq; ad fin. legis.

Alia in prçsens, alia in præteritum sunt concepta. ff. l. 1. § interdictorum quædam.

Alia proprietatis causam cõtinent, alia possessionis. ff. l. 2. § quædam interdicta.

Alia simplicia sunt, alia duplicia. Inst. § tertia diuisio. ff. l. 3. in prin. § fin.

V. *Quæ actio ex ijs detur?*

In factum actio. Inst. § fin. C. l. 3. § fin. l. 4.

VI. *Apud quem competit?*

De præside prouinciæ, si reus nõ sit eius prouinciæ. C. l. 2.

VII. *Quid ueniat in eas?*

De fructibus. ff. l. 3. tt. 15. l. 1. § ex die quo.

Si seruus deliquerit, uel uim fecerit. ff. l. fin.

VIII. *Quamdiu competunt?*

Quædam annalia sunt, quædam perpetua. ff.l.j.§ fin.l.4.

IX. *Adiuncta officia actoris.*

Sine solennitate proponũtur. Inst.§ fin.C.l.3.l.4.
Actor tenetur exprimere actionem. C.l.4.

Singulæ interdictorum species subiectæ sunt suis locis.

DE RELIQVIS DELICTIS & criminibus. ff. lib. 47. tt. 11.

Cap. 21.

Si glandẽ ex arbore tua infundũ meum, cadentẽ ego immisso pecore depascam. ff.lib.19.tt.5.l.14.§ si glans.lib.10.§ 10.tt.4.l.9.§ glans.
Si calicem argenteum alienum in profundum alí iecit.ff.lib.19.tt.5.l.14.§ sed etsi calicem.
Si alienas merces in mare proiecit. ff.lib.19.tt.5.l.4.in prin.
Si seruum alienum spoliauerit, isq; frigore perijt. ff.lib.19.tt.5.l.14.§ sed etsi seruum.
Si quis alienas sollicitauerit nuptias, & matrimonia interpellauerit. l.j.in prin.
Si puero stuprũ abducto ab eo uel corrupto comite persuaserit, aut mulierem, puellam ue interpellauerit, quid ue impudicitiæ gratia fecerit, dõmum præbuerit, precium ue quo is persuadeat dederit. l.j.§ fin.
De non naturalibus luxurijs, blasphemijs & iuramentis per Deum, per capillum, per caput. C. lib.5.tt.fin.l.fin.§ fin.Nouell.c.77.c.141.
De lusu. ff.lib.11.tt.5. C.lib.3.tt.43.l.15.
De periurio. uide s̃ lib.2.huius Methodi. cap. De iureiurando.
Si mulier partum abegit. l.4.lib.48.tt.18.l.8.tt. 19. l.39.
Si quis partum exposuerit. C.lib.8.tt.52.l.2.
Si fimo corrupto aliquem perfuderit cœno, luto oblinierit, aquas spurcauerit, fistulas, lacꝰ, quidue aliud ad iniuriã publicam contaminauerit. l.j.§ fit iniuria.
Si album corrupit. ff.lib.2.tt.j.l.7.l.8.l.9.lib.48.tt. 10.l.32.in prin.
Si aliquid fecit, quo leues hominum animi superstitione numinis terreantur. ff.lib.48.tt.19.l. 30.
De circulatorib. qui serpentes circũferunt & proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est. l. 8.
De concussione, si simulato præsidis iussu concussio interuenit, &c. ff.tt.1.
De scopelismo, hoc est lapidum positione. l. 7. § sunt quædam.
Si Nili aggeres rũpat. ff.l.7.§ fin. C. lib.9.tt.38.l.j.
De nõ præcidendis quibusdã arborib. nec transferendis, nec excidendis. C.lib.11.tt.77.l.2.
De termino moto, uide s̃ li.20.huiꝰ Methodi.ca.8.
De saccularijs & directarijs. ff.l.7.in prin.tt.18.l.j.§ expilatores.
De effractoribus. ff.tt.18.l. j.§ expilatores.l.2.
De expilatoribus. ff.tt.18.l.j.§ expilatores.
De instrumentis proditis. l.7.§ sunt præterea. lib. 48.tt.10.l.j.§ is qui deposuit.
De præuaricatorib. receptoribus, & effractorib. uide s̃ li.j. huius Methodi, De publicis iudicijs in genere.

Committuntur insuper delicta emendo, uendendo, locãdo, sepeliendo, ad statuas cõfugiendo, &c.

¶ *De confugiendo ad statuas.*

Si quis ad statuas & imagines ad iniuriã alterius confugit. ff.lib.48.tt.19.l.28.§ ad statuas.
Si cuius instinctu seruus ad infamandum dominum ad statuas confugit. l.5.

De sepeliendo & mortuum inferendo.

Si in alienũ locũ mortuũ intulerit. ff.lib.11.tt.7.l.2.§ j. usq; ad § nam totus. l.7.l.8.§ in hac autem.
Si in locum publicis usibus destinatum, mortuũ intulit. ff.lib.11.tt.7.l.8.§ si in locum.

De emendo & uendendo.

Si monopolium exercet. C.lib.4.tt.59.l.1.
Si purpuram emerit uel uendiderit. C.lib.11.tt.8.l. 5.lib.4.tt.40.l.j.
Si sericum à barbaris emerit. C.lib.4.tt.40.l.2.
Si publicè mala medicamenta uendiderit. Inst.li. 4.tt.fin.§ ficarij. ff.lib.48.tt.8.l.3.in prin.
De armis non à quolibet fabricandis, nec uẽdendis. Nouell.c.85.
De armis, & alijs rebus à mercatoribus ad barbaros non transferendis. C.lib.4.tt.63.l.2.tt.41.li. 12. t.45.l.j.
Si illicitas merces uendiderit. ff.lib.39.tt.4.l.11. in ꝓ prin.§ dominus. usq; ad § fin. C.lib.4.tt.61.l.9.
Si non salinarius sal emerit uel uendiderit. C. lib. 4. tt. 61.l.11.
De emptione & uenditione quarundam arborũ prohibita. C.lib.11.tt.77.l.j.
Si pater filium uendiderit. C.lib.4.tt.43. ff.lib. 21. tt.2.l.39.§ pater.
Si rem religiosam emerit uel uendiderit. C.lib. 9. tt.19.l.j.
Si frumenta publici canonis uendantur à nautis. C.lib.4.tt.40.l.3.l.4.
Si rem alij obligatã, alij alienauerit: uide ꝓ ca. prox.
Si duobus eandẽ rẽ diuersis tẽporib. uendiderit. ff.lib.48.tt.10.l.21.lib.47.tt.20.l.3.§ ubicunq;.
Si domum uel uillam diruat negociandi causa, & particulatim emat uel uendat. ff.lib.18.tt.j.l. 52.
Si habitatores metrocomiæ loca sui iuris extraneis alienent. C.lib.11.tt.55.l.j.
Si Palatini à priuatis Imperatoris quid emãt. C. lib.4.tt.44.l.18.
Si nominatores ad munera à nominatis quid emant. C.lib.10.tt.70.l.2.§ fin.
Si officialis à suis prouincialibus emat. ff.lib.18.tt. j.l.46.l.62.in prin.
Si tutores à pupillis emãt, uide locum De tutela & cura s̃ lib.6.huius Methodi.
Si medicus ab ægroto emat. ff.lib.50.tt.13.l.3.
Si dominus seruum fugitiuum, uel alius seruum alienum uel liberum hominem uendiderit. uide s̃ lib.j.huius Methodi De lege Fauia.
Si eunuchos fecerit & uendiderit. C.lib.4.tt. 42. Nouell.c. 142.
Si seruus ad bestias uenditus sit. ff.lib.48.tt.8.l.11. § j.
Si non secundum actionis formulam, sed plures merces uendiderit, uel operas locauerit. Nouell.c.122.

De conducendo & alio modo contrahendo.

Si tutor uel curator uel alius deposito officio ante restitutam tutelam uel administrationẽ, uel ante susceptam tutelam, cum fisco contrahit. ff. lib.48.

lib.48.tt.10.l.j.§ tutores. usq; ad § fin.lib.19.tt.2. l.49.
Si quis militi prædia locauerit. ff. libro 19. tt. 2. l. 50.

De mutuo dando.

Si iudici mutuam dat pecuniam, uel ob honorem consequendum. C.lib.4.tt.2.l.16.

De societate.

Si improbè in alienã litem coierint, ut quidquid condemnatione in rem eius redactum fuerit, inter eos communicaretur. ff.lib.48.tt.7.l. 6. tt. 10.l.j.§ j.
Si illicita collegia usurpant. ff.lib.47.tt.22.l.3.§ fin.
Quæ sint illicita collegia, uide s̃ lib. 3. huius Methodi, De ciuibus & collegijs.

De pignore.

Si quis liberum hominem pignori acceperit. ff.li. 20.tt.3.l.5.
Si pater filium pignori dederit, uide paulo superius, uersi. Si pater filium.

De pactis.

De pactis mercatorum & artificum, quo pluris uendant, & ne alter opus ab altero cœptum impleat. C.lib.4.tt.59.l.j.
Sunt præterea delictorum alia communia, alia propria certarum personarũ, utputa magistratus, militum, &c. ff.lib.49.tt.16.l.2.in prin. De proprijs, uide in suis locis de militib. de magistratu, de clericis, &c.

DE CRIMINE STELLIONATUS. ff. lib. 47. tt. 20. C. lib. 9. tt. 34. Cap. 22.

I. *Genus & propria.*

Neq; publicum neque priuatum est iudicium. ff. l.j.tt.11.l.3.C.l.3.
Quod in priuatis iudicijs est de dolo actio, hoc in criminibus est stellionatus persecutio. ff.l.3.§ stellionatum.
Non infamat. ff.l.2.

II. *Causæ ex quibus competit.*

Si quid dolo factum est, deficitq; titulus criminis, hoc crimen locum habet. ff.l.3.§ j.§ & ut generaliter.
Si rem alij obligatã, dissimulata obligatione alij distraxerit, permurauerit, uel in solutum dederit. ff.l.3.§ ubicunq;. lib.48.tt.10.l.21.l.28.C.l.2. Vel pignori dederit. ff.lib.20.tt.j.l.15.§ qui res suas. lib.22.tt.4.l.3.C.l.j.l.4.
Si rem alienam pignori dedit. C.l.2.ff.l.4.
Si creditor idem debitum bis exegit, uel ei solutum est. ff. lib. 17. tt. j. l. 29.§ in omnibus.
Si peierauit. ff.l.4.
Si impostura uel collusionem fecit in necem alterius. ff.l.3.§ item si quis.
Si merces suppresit. ff.l.3.§ fin.
Si merces suppositi, obligatas auertit uel corrupit. ff.l.3.sed etsi.

III. *Apud quem competit.*

Ad præsidis cognitionem spectat. ff. l. 3. in prin.

IIII. *Quid ueniat, seu de pœna.*

Pœna extraordinaria est. ff.l.2.l.3.§ pœna.
Pœna opus metalli in plebeijs egredi non debet. ff.l.3.§ pœna.
Si peierauit, dum iurat pignora sua esse ff.l.4.

FINIS LIBRI VICESIMITERTII, *& Sextæ partis.*

METHODI IVRIS CIVILIS

PARS SEPTIMA, DE CAVSIS QVIBVS IVRA RETINENTVR, AMITTVNtur & recuperantur:

AD D. IOANNEM HEINTZENBERGER, NICOLAI VIGELLI De interpretandis Legibus

PRAEFATIO.

PORTVM uideo, uir clarissime, finẽq; Operis suscepti, in quo perficiendo plurimum me tua confirmauit cohortatio. Vidi autem in hoc Opere faciendo rempub. legib. magistratib. & iudicijs ornatissimam, cuius utinam uel umbrã in rebus pub. nostris haberemus. uidi prudẽtiam ueterum Romanorum in condendis legibus non minorem, quàm in bellis gerẽdis fortitudinẽ: uidi ueterum Iuris interpretum rationem interpretandarũ legũ à paucis nostra ætate obseruatam. de qua hoc loco, antequam ulterius in Methodo progrediar, pauca mihi ad te libet præfari. Prætor Romanus tale proponit edictũ: Pacta conuẽta, quę neq; dolo malo, neq; aduersus leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta principũ, neq; quo fraus cuiquam eorũ fiat, facta erunt seruabo.

uabo. Hæc edictum Vlpianus interpretaturus, primò cõmendat edictum, atq; cõfirmat hisce uerbis: Huius edicti æquitas naturalis est. Quid enim tam congruum humanæ fidei, quã ea quæ inter eos placuerint, seruare? Deinde singula edicti uerba obscuriora declarat definiẽdo & diuidẽdo, nẽpe uerbũ Pacta, hisce uerbis: Pactũ autẽ à pactiõe dicitur, unde & pacis nomẽ appellatũ est. Est autem pactio, duorũ plurium ue in idẽ placitũ & consensus: item Pactorum quędam in rem sunt, quędam, &c. Verbum Conuenta declarat hisce uerbis: Conuentionis uerbum generale est. ad omnia pertinens, &c. Verbum Dolo malo, declarat hisce uerbis: Dolus malus fit ex calliditate & fallacia: & (ut ait Pedius) dolo malo pactum fit, quoties, &c. Tertiò uarias proponit edicti distinctiones & subdistinctiones, ex personis, causa, modo, antecedẽtibus, cõsequentibus, &c. Quartò, actionem & exceptionẽ edicto introductam, uel ex pacto competentem latius describit, enumerãdo quib. & aduersus quos ex pacto detur actio uel exceptio, quid in ea ueniat, quæ eius adfinia sint remedia, &c. Ita interpres edictum propositum commendat, declarat, distinguit, ius ex edicto cõpetens latius describit: quæ interpretãdarum legum ratio ueterum fuit luriscõsultorum, ut passim in Pandectis cernere licet. Nõ igitur ea in interpretãdis legibus à nobis negligenda, sed potius sequenda est: præsertim cum alia melior (mea quidem sentẽtia) excogitari nulla possit. Planè interdum lex alia lege superueniẽte mutatur, uel tollitur prorsus: quod & ipsum interpretãdo nõ est reticendum. Sed argumentũ & officium legis est exponendum, quid lex sibi uelit, & quorsum tendat: quod & ipsum à ueteribus luriscõsultis factitatum esse cernimus, & plurimùm ad leges intelligendas facit. Vltra hæc solet Zasius in legibus interpretandis quasdã colligere conclusiones, ex lege pendentes: qui tamen modus, quoniã minus frequẽs est apud ueteres luriscõsultos, & magis ad cõfirmandum id quod colligitur, quàm ad legem interpretãdã pertinet, nõ magnoperè uidetur mihi curãdus. Sex igitur potissimùm in legibus interpretandis arbitror obseruanda: nimirum, ut argumentum & officium legis exponatur, ut lex commẽdetur uel confirmetur, ut declaretur, ut distinguatur: ut ius, actio uel exceptio lege introducta latius describatur: ut deniq; mutatio legis, si quæ est, non prætereatur silentio. De quibus singulis ordine uidendum. In primis aũt necessarium est, ut argumentum & officium legis exponatur, quod ad intelligendas leges facit plurimùm. In titulo de Procuratorib. haud procul ab initio tales habentur: Præsens habetur & qui in hortis est, & qui in foro, & qui in urbe, & qui in cõtinentib. ędificijs: & ideo procurator eius præsentis esse uidetur. Hæc uerba plana sunt omnia, at leges obscurissimæ, si non intelligatur illarum officium, quod tale est. Ius est, quòd procurator actoris dominum tenetur defendere. Distinguitur hoc ius. Nisi dominus præsens sit: tunc enim procurator ad defendendũ non tenetur. hanc distinctionẽ declarant leges prędictę, definientes quis præsens sit, uel quãdo dominus præsens esse dicatur. Sic in titulo De furtis talis lex scripta est: Si ad dominum ignorantẽ peruenerit res furtiua, uel ui possessa, non uidetur in potestatem domini reuersa: ideóq; nec si post talẽ domini possessionẽ bona fide emẽti uenierit, usucapio sequetur. origo & officiũ huius legis est eiusmodi: Ius est, quod res aliena diutino tempore à bonæ fidei emptore possessa usucapitur. quod ius distinguit: Nisi res furtiua sit, uel ui possessa. tunc enim cessat usucapio. Hęc distinctio subdistinguitur: Nisi res furtiua uel ui possessa in domini potestatẽ sit reuersa: tunc. n. uitio rei purgato, usucapi res potest. Hęc subdistinctio proposita lege rursus distinguitur, hoc modo: Nisi res ad ignorantẽ dominum peruenerit: tunc. n. nõ uidetur in potestatẽ domini reuersa. Ita origo legum repetẽda, & officium explicandum est. In l. quinq; pedum. C. finiũ regundorũ. & in l. cretionũ. C. de iure deliberãdi. uidemus quidẽ leges anteriores, & exceptiones aliquas mutari ac tolli prorsus: quia autẽ ignoramus, quę istæ leges & exceptiones quæ mutantur, fuerint, origóq; dictarũ legum latet, obscurissimę nobis uidentur. Officia autem legum uaria sunt. nam aut rem aliquam definit lex, aut diuidit, aut propria, causas, effectus rei designat, aut aliam legem declarat aut confirmat, aut distinguit, aut mutat, &c. Ita cum omne thema quod lege describitur, aut sim

aut simplex sit, ut Pactum: aut compositum, ut Pactum est seruandũ: euenit, ut duplicia quoq; legũ sint officia, alia circa simplex, alia circa cõpositũ thema. Illius quidem generis sunt, cum persona, res uel actio definitur, diuiditur, propria, causæ, effectus, &c. designantur: huius autẽ generis sunt, cum lex aliqua uel ius aliquod declaratur, confirmatur, distinguitur uel mutatur. Itaq; omnis lex aut ius aliquod in persona, re uel actione statuit uel designat definiẽdo, diuidẽdo, propria, causas, effectus enumerando, &c. aut ius alia lege statutũ interpretatur confirmãdo, declarando, distinguendo uel mutando: cuius generis species nũc explicamus. Illius autẽ generis species mihi uidẽtur tot esse, quot sunt rerũ describendarũ loci, de quib. Dialectici tractãt. In titulo. ff. de capitis deminutione, lex 1. definit capitis deminutionẽ. Lex fin. diuidit capitis deminutionẽ, eiusq; species enumerat. Lex 3. cum duab. ll. sequentibus, usq; ad § nunc respiciendũ, causas capitis deminutionis enumerat. Lex 5. § nunc respiciendũ, cum duabus ll. sequentib. usq; ad § si libertate, effectus capitis deminutionis enumerat, & iura quæ per eam solẽt amitti. Lex 8. cum duab. ll. sequentibus, item l. 2. § nemo, similiter de effectibus capitis deminutionis tractat. Lex 2. § fin. edictum proponit, quo actiones per capitis deminutionem amissæ restituuntur: proinde & ipsum edictũ, euentũ capitis deminutionis designat. Lex 2. in prin. item § ij, qui capite. § nemo. § ei qui debitorem. item lex 7. § si libertate. § fin. cum tribus ll. sequentibus distinctiones superioris edicti tam iustas quàm iniustas enumerant, & actionis adfinia remedia. Lex 2. § fin. actionem edicto restitutam latius describit. Hęc de officijs legum. Commendatur autem uel confirmatur lex, cum uel utilitas eius, uel ratio indicatur, uel argumento quod contrà obijci potest, occurritur, & respondetur: hæc obliqua, illa directa est cõfirmatio. Sic l. j. § j. ff. nautę, caupones, stabularij, &c. Vlpianus ait: Maxima utilitas est huius edicti: quia necesse est plerunque eorum fidem sequi, resq; custodiæ eorum committere. hæc est confirmatio edicti directa. sequitur obliqua hisce uerbis: Nec quisquam putet grauiter aduersus eos hoc constitutũ. nam est in ipsorũ arbitrio, ne quẽ recipiant, &c. potuit enim obijci, grauiter atq; iniquè hoc aduersus eos constitutũ. Sic obliqua confirmatio est Inst. de rebus corpor. & incorpor. § nec ad rem pertinet. Nã cum dictũ esset, hæreditatẽ, usumfructũ, &c. esse res incorporales: obijci potuit, in hęreditate esse res corporales: ergo hæreditatẽ esse rem corporalẽ. cui obiectioni dicto loco respondetur, & sic id quod dictum erat, per obliquũ confirmatur. Huc pertinet solutio antinomiæ, cũ aliqua lex legi propositæ uidetur repugnare. Post legẽ cõfirmatã, eiusq; officiũ demõstratũ sequitur, ut singula legis uerba obscuriora declarẽtur: quod fit uel definitiõe, uel exẽplis, uel casus fictione. Casus fictiõe pleriq; utitur glossa: definitionib. & exẽplis luriscõsulti ueteres. Definitionib. ut paulo superius ostendi in edicto de Pactis. itẽ, ut est exẽplũ l. j. § metus. & l. 2. ff. de eo quod metus causa. & l. j. § dolum malũ. ff. de dolo malo. Exemplis: ut l. j. § hinc descẽdit. ff. de iustitia & iure. ubi Vlpianus definitionẽ iuris naturalis propositã exẽplis declarat. & paulo pòst l. 2. cũ tribus ll. sequentib. definitionẽ iuris gentiũ in fine legis primæ positã. Lege declarata, distinctiones eius subijciendæ sunt. Nihil aũt aliud sunt distinctiones, quàm exceptiões à regula uel lege, quarũ unius legis plerunq; solẽt plures & uariæ esse, pro uarietate circumstantiarũ personæ, causæ, loci, temporis, &c. unde Vlpianus omnẽ definitionẽ in Iure ciuili dicit esse periculosam: parũ enim esse ut subuerti nõ possit. quod quidẽ ita intelligendũ est, nõ ut ipso iure subuerti possit lex omnis, uel legis definitio: sed per exceptionẽ, seu distinctionẽ. Nã firmiter standum definitioni uel regulæ, donec exceptio aliqua allegetur in Iure fundata, & quæ causæ prędicti insit. Quo casu regula perdit officiũ suũ, & subuertitur, nec in eo possumus sequi regulã iuris. nã in omni iure generi per speciẽ derogatur. Sic regulariter uerũ est, inueteratã consuetudinẽ pro lege custodiri: falsum tamẽ hoc est, si uel cõstitutio Principis ei cõtraria sit, uel ea tacito populi consensu sit abrogata, uel cõtra rationem introducta, &c. Planè distinctionũ aliæ iustæ sunt, alię iniustæ. Iniustę, quæ à iure reprobãtur. Sic ius est, quo feræ

bestię simulatę ab aliquo captę fuerint, statim illius esse incipiunt, quod ius uidetur distinguendũ: Nisi in alieno fundo captæ fuerint. quam tamen distinctionem ius non admittit. nã dicit ius, nihil interesse utrum in suo fundo quis capiat, an in alieno. ℈ feræ igitur. Inst. de rerum diuisione. Huc pertinet uulgaris doctorum regula: Vbi ius non distinguit, ibi nec nos distinguere debemus. Iustarũ distinctionum particulæ sunt: Si, si non, nisi, quando, donec, distinguitur, fallit, interest, refert, &c. Iniustarum distinctionum particulæ sunt: Nec interest, nec refert, nõ distinguitur, quamuis, licet, etsi, etiamsi &c. Præterea, prętor distinctioẽs ius actionis uelut exceptionis lege introductũ uel designatũ per alios etiã locos & circũstantias copiosius à legis interprete est describendũ, actionisq; & exceptiõis natura & proprietas explicãda plenius. Prętor ait: Vnde in eũ locũ, quò uulgò iter fieret, uel in quo cõsisteretur, deiectũ uel effusum quid erit, quãtũ ex ea re damnũ datũ factũúe erit, in eũ qui ibi inhabitauerit, in duplũ iudiciũ dabo, &c. Hoc edictũ Vlpianus interpretãdo, inter cętera latius etiã describit actionẽ, isto edicto introductã: nimirum quòd hæc actio perpetua sit, & hæredi competat, in hæredẽ nõ detur, &c. l. 5. ℈ hæc aũt actio. ff. de his qui deiecerint, &c. Postremò nõ est prætereundũ silẽtio, si quãdo lex mutata est: mutãtur aũt leges uel in totũ, uel pro parte: & uel alia lege scripta, uel cõsuetudine, cũ cõsuetudo legi contraria inducitur. Sic l. dudũ C. de cõtrahẽda emptione, hodie est sublata cõsuetudine in multis locis, lege uerò mutata omnes eius distinctiões, distinctionũ subdistinctiões, totaq; actionis uel exceptionis eius natura expirat. Vnde Imperator Iustinianus inquit: Edicto diui Hadriani, quod sub occasione uicesimæ partis hæreditatis introductũ est, cũ multis ambagib. & difficultatatib. & indiscretis narratiõib. penitùs quiescẽte: quia & uicesima hæreditatis ex nostra recessit rẽpub. antiquatis nihilominus & aliis omnib. quæ circa repletionẽ uel interpretationẽ eiusdẽ edicti promulgata sunt, &c. l. 3. in prin. C. de edicto Diui Hadriani toll. Porrò iã enumeratis & expositis modis, leges interpretari licet, nõ solùm eas quibus ius aliquod statuitur, sed & eas quib. ius statutum uel distinguitur: uel describitur latius, uel mutatur, &c. Proinde & distinctiões cõfirmari, declarari, & rursus distingui possunt: similiter & latiores descriptiones & mutationes. Non tamẽ omni modo in omni lege interpretanda est utendũ: ridiculũ enim esset, uerba legis per se perspicua uelle declarare, aut legis mutationem, quę nulla esset, asserere. Prudẽtis igitur interpretis est, uidere quibus modis in lege interpretanda sit opus, uel non sit opus. Hæc de interpretandi ratione ad te, uir clarissime, mihi libuit præfari: quòd etiãsi hactenus disponẽdis legibus plurimùm sim defatigatus, gestiam tamẽ leges dispositas nunc interpretari: cuius rei (spero) aliquando mihi dabitur facultas & occasio, licet mihi resistant ij à quibus iuris studia potius erant iuuanda. Tu interim uale; & me, quod facis, ama.

DE

DE EXCEPTIONIBVS IN INTEGRVM RESTITVTIONIBVS, ET SIMILIBVS Iuris remedijs:

Liber uicesimusquartus.

In præcedentib. libris causæ quibus iura adquiruntur, sunt propositæ & descriptæ. Sequuntur nunc causæ quibus iura adquisita retinentur, amittuntur, & amissa recuperantur: quanquam & in superioribus libris eiusmodi causæ propositæ sunt. Nam retinendæ possessionis est, interdictũ Vti possidetis & Vtrubi: recuperandæ autem est interdictum Vnde ui, &c. de quibus ẽ uidere licet. Sed & eædem sunt causæ amittendi iuris, quæ adquirendi. l. j. ff. pro derelicto. item lib. 50. tt. 17. l. 195. de quibus ẽ tractatum est. Sæpe autem causæ ex quibus iura ab uno ad alium transferri solent, inutiles sunt, & ad transferendum inefficaces: puta, si cum minore uigintiquinque annis gestum est, si metus causa dolo malo, propter absentiam alterutrius, uel aliam similem causam quid gestum est, si per errorem & ignorãtiam, si ob turpem uel iniustã causam, si sine causa quid datum uel promissum est, si causa non sit secuta, si iudicij mutandi causa uel in fraudem creditorum alienatio est facta: quibus casibus ei qui, si gestũ ualeret, ius suum amisisset, & adquisiuisset alter, ad ius retinẽdum competit exceptio, si rem possidet, uel ad rem amissam recuperandam in integrum restitutio, aut condictio aliqua: de quibus sequitur.

DE EXCEPTIONIBVS. Inst. lib. 4. tt. 13. ff. lib. 44. tt. 1. C. lib. 8. tt. 36.

Cap. 1.

I. *Definitio.*

ff. l. 2. in prin. l. 22. in prin.

II. *Genus.*

Exceptio an sit actio. ff. l. j. l. 12. lib. 22. tt. 3. l. 19. in prin. lib. 50. tt. 16. l. 8.

III. *Diuisiones & species.*

Diuiduntur exceptiones in ciuiles & prætorias. Inst. ℈ alioqui. item in peremptorias & dilatorias. Inst. § appellantur. usque ad fin. tituli. ff. l. 2. ℈ fin. l. 3.

De exceptione, quòd præiudicium rei non fiat. ff. l. 13. l. 16. l. 17. l. 18. l. 21. lib. 5. tt. j. l. 54. lib. 4. tt. j. l. 4.

De exceptione mandandi sibi actiones. ff. lib. 10. tt. 2. l. 18. ℈ si filiusfamiliãs. de hac exceptione, uide passim Euentus actionum: item j lib. prox. cap. 2. membr. 6. uers. De cedendis.

De replicationibus. Inst. tt. 14. ff. l. 2. ℈ replicationes. l. 22. C. l. 10.

IIII. *Finis & officium exceptionum.*

Excludere actionem. Inst. in prin. ff. l. 2. in prin. ℈ illud.

V. *Causæ ex quibus competunt.*

Exceptiones opponuntur aut quia factum est quod fieri oportuit, aut quia factum est quod fieri non oportuit, aut quia factum non est quod fieri debuit. ff. l. 20.

DISTINCTIO GENERALIS.

Si conuenit, ne ulla exceptio obijciatur. ff. lib. 2. tt. 11. l. 4. ℈ quæsitum.

VI. *Quibus competunt?*

De eo cui competit actio. ff. lib. 50. tt. 17. l. 198. ℈ j.

De fideiussorib. Inst. tt. 14. ℈ fin. ff. l. 7. l. 19. C. l. 11. ff. lib. 46. tt. j. l. 16. in prin.

De hæredibus, & cæteris successoribus. ff. lib. 43. tt. 18. l. 3. ℈ si quis ab auctore. ibi, Cum enim successs. lib. 50. tt. 17. l. 198. ℈ cum quis.

VII. *Aduersus quos dantur?*

De hæredibus, cęterisq; successoribus. ff. lib. 50. tt. 17. l. 185. l. 156.

De eo cui delegatus est reus. ff. lib. 46. tt. 2. l. 12. l. 13. l. 19. l. 33. lib. 44. tt. 5. l. j. ℈ siue autem.

VIII. *Quando & quamdiu competit.*

Peremptoria exceptio post litem cõtestatam, ante sententiam quandocunq; obijci potest. C. l. 4. l. 8. lib. 7. tt. 50. l. 2.

Dilatoria uerò exceptio non nisi ante litem contestatam potest obijci. C. l. 12.

De fori præscriptione & recusatoria iudicis ante litem contestatam obijcienda. C. l. 13. lib. 3. tt. 13. l. 4.

De exceptione post probatam actionem probãda, antè opponenda. C. lib. 4. tt. 19. l. 19. lib. 8. tt. 36. l. 9.

Quæ temporaria sunt ad agendũ, perpetua sunt ad excipiendum. ff. tt. 4. l. 5. ℈ fin. C. l. 6. contra. ff. lib. 15. tt. j. l. 30. ℈ fin.

IX. *Quot obijciendæ, seu de cumulatione exceptionum.*

Pluribus exceptionib. quis uti non prohibetur. ff. l. 5. l. 8. lib. 50. tt. 17. l. 43. in prin.

X. *Effectus exceptionum.*

Qui exceptionem obijcit, non utiq; existimatur confiteri de intentione actoris. ff. l. 9.

Nulla actio est, quæ exceptione remoueri potest. ff. lib. 4. tt. 3. l. 7. ℈ seruus. ibi, Quasi nulla. lib. 50. tt. 17. l. 13. l. 66. l. 112.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONIBUS. ff. lib. 4. tt. 1. C. lib. 2. tt. 46. cum sequentibus.

Cap. 2.

I. *Causæ ex quibus in integrum restitutio competit, seu petenda sit.*

Si quis lapsus uel circumscriptus sit, siue metu, siue calliditate, siue ætate, siue absentia inciderit in captionem, siue per status mutationem, aut iustum errorem. ff. l. j. l. 2.

N De singu-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

De singulis istis causis, nec non de alijs, uide capita sequentia.

DISTINCTIO GENERALIS.

Si minima res uel summa sit propter quam in integrum restitutio petitur, per quam maiori rei uel summæ præiudicatur. ff.l.4.

II. *Quibus competit in integrum restitutio?*

De successoribus. ff.l.6.in prin.

De domino minoris. ff.l.6.§ proinde. usq; ad fin. legis.

III. *Per quos competit.*

Causa in integrum restitutionis etiam per procuratorem agi potest. C.tt.48.l.j.

IIII. *Vbi & apud quem cognitio in integrum restitutionis agitanda?*

De eo ubi domicilium habet reus conuentus. C. tt.46.l.2.

De iudicibus ordinarijs & delegatis, non compromissarijs. C.tt.46.l.3.

Si contra sententiam procuratoris Cæsaris restitutio postuletur: solus princeps competens est iudex. C.tt.46.l.j.

V. *Quando & quamdiu competit?*

Intra quadriennium. C.tt.52.l.3.l.6.l.7.

VI. *Adiuncta & euentus in integrum restitutionis.*

De causa à iudice cognoscenda. ff.l.3.

Omnia in suo statu esse debent, donec res finiatur. C.tt.49.l.j.

De dilatione danda actori uel reo. C.tt.52.l.6.

Quidquid ad eum qui restituitur, peruenit, id restituere debet. C.tt.47.l.j.

Non uidetur re excluſus, quem prætor in integrum se restiturum pollicetur. ff.l.5.

DE EO QVOD METVS CAVSA gestum est. ff.lib.4.tt.2. C.lib.2.tt.19. Cap. 3.

¶ *De actione Quod metus causa:*

I. *Genus.*

Arbitraria est actio. Inst.lib.4.tt.6.§ præterea. ff. l.14.§ hæc autem.

II. *Causa ex qua competit hæc actio.*

Si quid ui metus ue causa gestum est, ut restituatur. ff.l.j.in prin.§ fin.l.3.in prin C.l.12.

Declaratur quid sit uis, quid metus. ff.l.j. § metus. l.2.

DISTINGVITVR SEquentibus modis:

1 Ex *re quam metuit.*

Si res nulla sit quam metuit, uel minus malum. ff.l.5.l.6.l.7.§ j.l.9.in prin.

Si infamiam uel aliquam uexationem metuit. ff. l.7. in prin.

Si ne uinctus ducatur ad iudicem metuit. ff. l. 23. § si iusto.

Si metu accusationis institutæ uel futuræ gesserit. C.l.10.lib.8.tt.38.l.9.§ 1.

Si deprehensus in aliquo flagitio metuat ne occidatur, uel ne prodatur. ff.l.7.§ fin.l.8.in prin.

Si ne ad ciuilia munera nominetur, metuit. C.l.8.

Si ne stuprum patiatur, metuit. ff.l.8.§ quod si deserit.

Si ne instrumenta status interuertat, metuit. ff.l.8. § si is accipiat.

Si seruitutis metu, uel similium gessit. ff.l.4.

Si mortis aut uerberum terrore gessit. ff.l.3.§ fin.

Si ne liberis quid mali accidat, metuit. ff. l. 8. § fin.

2. Ex *persona eius à quo metuit, & qui metum infert.*

Non quæritur in hac actione, quis metum intulerit. ff.l.9.§ animaduertendum. l.14.§ in hac actione. tt.3.l.15.§ fin.

Si populus, curia, collegium uel corpus metum intulit. ff.l.9.§ animaduertendum.

Si magistratus uel officialis metum intulit. ff.l. 2. § j.l.25.§ si quis quod. C.l.11.l.12.

Si parens metum intulit liberis. ff.lib.44.tt.4. l. 4.§ fin.

3. Ex *causa ex qua metuit, & modo quo metus illatus est.*

Si meticulosus rem nullam frustra metuerit. ff. l. 6.l.7.§ j.lib.50.tt.17.l.144.

Si suspicatus est malum non præsens. ff. l. 9, in prin.

Si minatus est illi uim aduersarius. C.l.7.l.9.

Si quòd audiret aliquem cum armis uenire, profugit. ff.l.9.§ j.

Si quòd in dignitate positus sit aduersarius, metuit. C.l.6.l.1.

Si quòd ingratus fuerit aduersus patronum, metuit ne in seruitutem retrahatur. ff.l.21.in prin.

Si in furto uel adulterio deprehensus, metuat ne occidatur uel prodatur ff.l.7.§ fin.l.8.in prin.

Si in carcerẽ detrusus sit, uel custoditus, & athleta à certaminibus prohibitus sit. ff.l.22.l. 23. § si fœnerator.

4. Ex *specie eius quod metus causa gestum est.*

Si metus causa fundum dereliquerit, & possessionem tradiderit. ff.l.9.§ j.§ idem ait. ibi, Sed etsi per uim.

Si in meo solo adhibita manu ædificet. ff.l.9.§ idem ait.

Si instrumentum contractus conficiat. C.l.7.

Si uendidit. ff.l. 13.§ si iusto. C.l.3.l.4.l.5.l.12.

Si pignus dedit. C.lib.8.tt.14.l.4.

Si dotem promisit. ff.l.21.§ si dos.

Si donauit uel transegit. C.l.12.

Si ultra quantitatem debiti caueat. ff.l.25.§ si fœnerator.

Si ab emptione uel conductione recedit. ff. l. 21. § si metu.

Si hæreditatem adijt, uel repudiauit. ff.l.21.§ fin.

Si seruum manumisit, uel ædificium deposuit. ff. l.9.§ idem Pompo.

Si debitum soluit, &c. uide paulo inferius.

5. Ex *reliquis contingentibus.*

Si debitum per uim coactus soluit. ff.l.12. § fin.§ 13.l.25.§ fin.

Si quod per uim acceperat, per uim restituit. ff. l. 12.§ quæri.

Si id quod ei non debebatur, coactus accepto tulit. ff.l.14.in prin.

Si ingratus

Si ingratus aduersus patronum metuit, ne in seruitutem retrahatur. ff.l.21.in prin.

Si in furto uel adulterio deprehensus metuat ne occidatur, uel prodatur. ff.l.7.§ fin.l.8.in prin.

Si dedit uel promisit alicui ut se aduersus uim ab alio illatam tueretur. ff.l.9.§ sed licet.

Si res sit imperfecta, & nihil dederit. ff.l.9. § sed quod prætor.

Si cum per uim coactus cauisset, postea sine ui soluit. C.l.2.

Si cum socio criminis actum sit, uel ab eo solutum. ff.l.14.§ fin.l.15.l.16.in prin.

Si de dolo, uel alia actione actũ sit. ff.l.14. § eum qui.l.9.§ licet.

Si res per uim extorta perijt, homo mortuus sit, uel in fuga sit. ff.l.14.§ aliquando.§ quòd si homo. usq; ad § qui uim intulit. l.17.l.18.C.l.j.

III. *Quibus datur hæc actio?*

De successoribus. ff.l.14.§ post annum. ibi, Alia autem. § ideo autem & successi. l. 16. § hæc actio.

IIII. *Aduersus quos datur?*

De successoribus. ff.l.16.§ fin. cum quatuor ll. sequent.

De eo ad quem res peruenit. ff.l.14.§ in hac actione.§ aliquãdo.§ Pedius. l.16. Vide insuper paulo superius uers. Si res per uim extorta.

De bonæ fidei emptore, uel alio qui rem ab eo qui uim fecit, comparauit. ff.l. 14. § unde quidam. C.l.3.l.5.

De eo qui uim admisit, si res ad alium peruenit. ff.l.14.§ Pedius.

Si ex facto debitoris fideiussores liberati sunt, an aduersus fideiussores competat actio. ff.l.10.in prin.l.11.

Si fideiussor per uim liberatus est, an aduersus reum competat actio. ff.l.9.§ fin.

De domino serui uim inferentis. ff.l.16. § sed etsi serui.

De pluribus uim uel metum inferentib. ff.l.14. § fin.l.15.

V. *Quid ueniat in hac actione?*

Non solum rem reddere, sed & de dolo repromittere debet. ff. l. 9. § idem Iulian. § ex hoc edicto.

De usufructu & seruitute amissis. ff.l.9. § sed etsi ususfructus.

De partu ancillarum, fœtu pecorum, de fructib. & omni causa restituenda. ff.l.12.in prin.l. 21. § qui possessionem. lib.22.tt.j.l.38.§ item si ui.

Si per uim promissum sit ut accepto feratur. ff.l.9. § sed etsi per uim. l. 14. § Labeo ait. § si quis per.

Si acceptilatione liberatio per uim interuenit, ut in pristinum statum obligatio restituatur, &c. ff.l.9.§ ex hoc edicto § cum autem. l.10.l.11.

De successorib. quatenus ij teneantur, uide Aduersus quos.

De quadruplo soluendo si non in integrum restituatur. ff.l.9.§ ex hoc edicto.§ cum autem hæc. l.14.§ j.§ hæc autem actio.§ quadruplatur autem.§ quatenus autem.§ Iulianus ait. l.21.§ qui possessionem.

VI. *Quando & quamdiu competit?*

Intra annum in quadruplum, post annum in simplum datur. ff.l.14.§ j. usq; ad § in hac actione. l.19.l.21.§ quod metus. C.l.4.

VII. *Adiuncta officia actoris.*

In hac actione sufficit metum, uel uim illatam esse, nec opus est ostendere à quo sit facta. ff.l. 9. § animaduertendum. l.14.§ in hac actione. tt.3. l.15.§ fin.

Quibus uis & metus probatur in hac actione. ff. l.23.in prin. C.l.6.l.9.

VIII. *Adfinia remedia.*

De dolo actio. ff.l.14.§ eum qui.

De actione in rem uel in personam per metũ remissa. ff.l.9.§ uolenti. § licet autem. C.l.3.

De hæreditatis petitione. ff.l.14. § alia autem actio. l.21.§ fin.

De interdicto unde ui, quod ui aut clàm, & de l. Iulia de ui. ff.l.9.§ j.l.12.§ fin.

De furti actione. ff.l.14.§ qui uim.

De l. Iulia adulterij. ff.l.8.in prin.

De noxali actione. ff.l.16.§ sed etsi serui.

De exceptione quod metus causa. ff. l. 9. § sed quod prætor.

¶ *De exceptione quod metus causa.*

I. *Differentia à doli exceptione.*

ff.lib.44.tt.4.l.4.§ metus causa. ibi, Etenim distat.

II. *Causa ex qua datur.*

Si quid metus causa factum sit. Inst.lib.4.tt.13. § uerbi gratia. ff.l.9.§ sed quod prætor. lib. 50. tt. 17.l.39.

DISTINGVITVR:

Si non actor, sed alius metum intulit. ff.lib.44.tt. 4.l.4.§ metus causa. ibi, Etenim distat.

Si parens metum intulit. ff.lib.44.tt.4.l.4.§ fin. lib.37.tt.15.l.7.in prin.

Si actione quod metus causa quadruplũ sit consecutus reus. ff.l.14.§ sed etsi quis per uim.

III. *Adfine remedium.*

Doli exceptio. ff.lib.44.tt.4.l.4.§ metus causa.

DE DOLO MALO. Cap. 4.

¶ *De actione doli mali.*

ff.lib.4.tt.3.C.lib.2.tt.20.

I. *Ratio huius actionis.*

ff.l.j.in prin.

II. *Genus.*

Famosa est actio. ff.l.j.§ ait prætor. l.11.in prin.l. 29.

III. *Causæ ex quibus datur hæc actio.*

Si quid dolo malo gestum sit. ff.l.j.§ j.lib.50.tt.17. l.47.

Declaratur quid sit dolus malus. ff.l.j.§ dolum malum. usq; ad § ait prætor.

Si quod restituere potest, non restituit. ff.lib.17.tt. j.l.8.§ dolo.

Dolo autem fit tam in contractibus quàm in testamentis, quàm in legibus. ff.lib.44.tt.4.l.j.§ fin.

In adeunda & repudianda hæreditate.

Si quis dolo deceptus hæreditatem minus idoneam adijt. ff.l.40.

Si persuasus hæreditatem quasi minus idoneum repudiauit. ff.l.9.in prin. C.l.7. ff.lib.44.tt.4.l. 4.§ si cum legitima.

In testamento.

Si tabulas testamenti apud se depositas deleuit uel corrupit.ff.l.35.

Si tabulas testamenti suppresit, ne de inofficioso agi posit.ff.l.9.§ item si tabulæ.

In legato & fideicommisso.

Si hæres seruum legatum occiderit. ff.l.7.§ si seruum.

Si dominus proprietatis insulam,cuius ususfructus legatus est,incenderit. ff. l.18. § si dominus.

Si persuaseris mihi ut optem seruum, quasi melior in familia non sit.ff.l.9.§ j.

Si cum seruo ita libertas esset relicta, si hæredib. rationes reddidisset, colæres ante redditas rationes cum manumiserit.ff.l.32.

Si legatarius persuaserit hæredi, satis abundeq; ad solida legata soluenda sufficere hæreditatem: & ita solida legata non detracta Falcidia accepit.ff.l.23.

In usufructu & usu.

Si proprietarius seruum usuarium occiderit. ff.l. 7.§ si seruum.

Si dominus proprietatis insulam, cuius ususfructus legatus est, incenderit. ff. l. 18. § si dominus.

Si cum mihi permisisses saxum uel quid aliud de fundo tuo tollere, postea sumptib. factis non patiaris.ff.l.34.

In possessione.

Si persuaseris familiæ meæ, ut de possessione recedat.ff.l.31.

In pignore.

Si fideiussor pignus à creditore emit.C.l.j.

In mutuo.

Si quis idoneum esse eum cui pecuniæ mutua data est,affirmat. ff. l. 7. § fin.l. 8. lib. 17. tt. j. l. 42.

Si seruus tuus qui non erat soluendo , hortatu tuo à me pecuniam acceperit ut tibi solueret.ff. l.20.in prin.

In emptione & uendi-
tione.

Si emptor & uenditor se in precio inuicem circumueniant.ff.tt.4.l.16.§ idem.

Si quis affirmauerit minimã esse hæreditatem, & ita eam ab hærede emit.ff.l.9.in prin.lib.17.tt.j. l.42.

Si uenditor quid commendandi uel decipiendi, gratia dixit.ff.l.37.

Si sciens falsa pondera commodauit uenditori quibus merces emptori appenderet.ff.l.18.§ de eo.

Si minor consilio serui circumscriptus eum uendidit. ff.l.7.§ j.

Si uendito prædio uenditor seruitutem imposuit, ædificia diruit, arbores excidit: item si uendito seruo uenenum dedit. ff.l. 7.§ non solum.

In præscriptis uerbis.

Si cum mihi persuasisset ut ei ancillam meam darem,uel manumitterem,recepturus ab eo aliud mancipium pro ea: ille,ancilla data,uel manumissa,aliud mancipium non dat.C.l.4.

In mandato.

Si cum seruus pactus pro libertate reum domino dedit, ea conditione ut post libertatem in se transferatur obligatio: postea manumissus uel patronus non patitur transferri. ff.l.7.§ seruus pro.

In damno dato.

Si quadrupes tua dolo alterius mihi damnum dederit. ff.l.7.§ si quadrupes.

Si compeditum meum seruum soluit ut fugeret. ff.l.7.§ idem Labeo.

Si promissum animal occidit.ff.l.18.§ fin.l.19.

In solutione & liberatione.

Si debitor epistolam ad creditorem quasi ab alio scriptam miserit,ut liberetur.ff.l.38.

Si cuius dolo factum est, ut lis temporibus legitimis transactis pereat.ff.l.18.§ si cuius.

Si seruum pignoratum mihi noxæ dederit. ff.l.9. § etiã seruum.

Si seruũ promissum occiderit,quo liberatur promissor.ff.l.18.§ fin.l.19.

In re iudicata & absolutione.

Si dolo procuratoris aduersarius uicerit, & absolutus sit.ff.l.7.§ si dolo.lib.44.tt.4.l.9.

Si cum mihi persuasisses nullam societatem cum eo cui hæres sum tibi fuisse, uel te seruo meo aut procuratori soluisse, ob id te absolui passus sum.ff.l.20.§ fin.l.25.

Si cum me deferente iuraueris postea periurium fuerit approbatum.ff.l.21.l.22.

Si cum nõ posideret,se liti obtulit, & absolutus sit.ff.l.39.

Si dolo eius qui uerba faciebat pro eo qui de libertate contendebat factum sit,quo minus præsente aduersario secundum libertatem pronunciaretur. ff.l.24.

In agendo,& re litigiosa.

Si litem mouit, ne possessor rem uendere posit. ff.l.33.

DISTINCTIONES GENERALES.

1. *Ex persona decipientis, & decepti.*

Si pupillus decepit.ff.l.13.§ fin.l.14.

Si seruus decepit.ff.l.9.§ hæc de dolo.

Si parens decepit filium, uel patronus libertum. ff.l.11.in prin.l.12.l.13. in prin. lib.37.tt.15.l.2. C.l.5. ff.lib.44.tt.4.l.4.§ aduersus parentes.

Si dignitate aliqua præditus decepit humilem: uel homo emendatioris uitæ luxuriosum, prodigum,uel aliàs uilem.ff.l.11.l.12.l.13.in prin.

2. *Ex causa,modo & qualitate doli.*

Si iure suo usus sit. ff.lib.50.tt.17.l.56.lib.43.tt.28. l.3.§ is tamen.

Si antea deceptus deceperit. ff.l.36.lib.50.tt.17. l. 196.

Si fraudem excludit.ff.lib.31.l.79.§ Titio.

Si iussu iudicis fecit. ff.lib.50.tt.17.l.127.§ fin.

Si deceptus sciuit & consensit. ff. lib. 50. tt. 17. l. 187.

Si non magna uel euidens sit calliditas. ff. l. 7. § fin.

Non capitur,qui ius publicum sequitur. ff.lib.30. tt.17.l.116.§ non.

Ex reliquis

3 *Ex reliquis contingentibus.*

Si modica summa sit.ff.l.9.§ fin.l 10.

Si alia actio, uel aliud remedium actori competat. ff.l.j.§ j.§ ait prætor.usq; ad fin. legis, cum sex ll.sequentib.C.l.2.

Si doli clausula in stipulatione subiecta sit. ff.l.j.§ idem Pompo. lib.44.tt.4.l. 4. § in stipulatione.

Si tutore colludente Titius decepit pupillum. ff. l.5.

Si dubitetur,an alia sit actio.ff.l.7.§ non solum.

Quandò autem alia competat actio, uel aliud remedium,uide paulo superius, Species causarũ huius actionis.

4. Ex *consequentibus dolum factum.*

Si deceptus postea rursus deceperit.ff.l.36.lib.50. tt.17.l.196.

Si cum uno actum sit,uel unus soluerit.ff.l.17.

III. *Quibus datur actio de dolo malo?*

Si quis tabulas testamenti deleuit, uel corrupit. ff.l.35.

V. *Aduersus quos datur?*

De successoribus. ff.l.17. l.26. cum quatuor ll. sequentibus.

De hæredib. earum personarũ quæ ipsæ de dolo conueniri non possunt.ff.l.13.in prin.

De pupillo.ff.l.13.§ fin.l.14.l.15.in prin.

Si decuriones, uel ij qui res municipum administrant,dolo fecerint.ff.l.15.§ j.§ de dolo.

Si procurator dolo fecit, an dominus teneatur.ff. l.15.§ item si quid ex.

De eo qui dolo procuratoris absolutus est. ff.l.7. § si dolo.

VI. *Quid ueniat in hac actione?*

Vt res restituatur.ff.l.18.in prin.§ si cuius dolo.

Et nisi restituatur,præstetur quanti ea res est.ff.l. 18.in prin.§ non tamen.

Si seruus dolo fecit.ff.l.9.§ hæc de dolo.

Si hæres uel alius qui dolo non fecit, cõuenitur. ff.l.15.§ item.l.17.§ fin.l.26.

VII. *Quando & quamdiu competit?*

De biennio ex die doli commissi.C.l.8.l.3.

Perpetuò datur de eo quod ad reum peruenit.ff. l.28.l.29.

VIII. *Adiuncta officia actoris & iudicis.*

De causæ cognitione.ff.l.9.§ fin.l.30.C.l.2.

In hac actione cuius dolo, & quid dolo factum sit, ab actore est designandum. ff. l. 15. § fin. l.16.

De probatione doli.

CVI INCVMBAT PROBATIO DOLI. ff.l.22.tt.3.l.18.§ qui.

Quibus dolus probandus est,uel per quæ. ff.l.7. § fin.lib.50.tt.17.l.79.C.l.6.

IX. *Adfinia remedia.*

Boni prætoris est,potius restituere litem, quàm actionem famosam constituere. ff. tt.j. l. 7. § fin.

De in factum actione.ff.l.7.§ idẽ Labeo.l.11.§ fin. l.12.C.l.5.

De lege Cornelia.ff.l.9.§ item si tabulæ.

Si serui dolo factum sit.ff.l.9.§ hæc de dolo.

De reliquis,uide ẽ Species causarum huius actionis.

¶ *De exceptione doli mali.*

ff.lib.44.tt.4.

I. *Ratio huius exceptionis.*

ff.t.j.§ ideo autem.l.2.in prin.

II. *Causæ ex quibus datur.*

Ex eadem causa competit hæc exceptio , ex qua de dolo actio: scilicet,Si quid dolo malo gestũ est.ff.l.2.in prin.

Ex omnibus in factum exceptionibus, doli oritur exceptio. ff.l.2.§ & generaliter.l.12.lib.45.tt. j.l.36.

Si quis id petit quod restituturus est. ff.l.8. in pri. lib.50.tt.17.l.133.§ fin.

In actione in rem,seu rei uindicatione.

Si res reo conuentò uendita & tradita sit. ff.l.4.§ si à Titio.

Si actor sumptus in rem factos non restituat . l. 4.§ si minor.l.10.l.14.

In uendicatione ususfructus.

Si fundus cuius ususfructus uindicatur, uolente actore uenditus sit . ff. l. 4 . § quæsitum est si cum.

In petitione hæreditatis.

Si reus sit scriptus hæres, actor autem hæreditatem à legitimo hærede emit,Replicatur: Si reus non repudiasset hæreditatem. Duplicatur : Si non dolo legitimi hæredis. ff.l.4. § si cum legitima.

Si actor in testamento exhæredatus est : an rupto testamẽto is,uel eius hæredes ac liberi succedere possint.ff.l.13.

In actione ex testamento,& petitione legati.

Si contrà uoluntatem defuncti ex testamento petat actor. ff.l.4.§ præterea.l.17.§ auus.lib.50.tt. 17.l.19.§ fin.

Si hæres repudiata hæreditate legatum petat. ff. l.4.§ si quis ex uncia.

Si uia legata, & lege Falcidia locũ habente, legatarius totam uiam petens,non offerat æstimationem quartæ partis.ff.l.5.§ j.

In certi conditione.

Si solutũ sit.ff.tt.j.l.4.tt.4.l.4. § si quis pupillo.§ quę in rutore. ibi, Quid enim si deb.l.16.

Si pecunia non sit numerata. ff.l.2.§ proinde etsi.

Si creditor in futurũ usuras accepit. ff.l. 2.§ non malè.lib.2.tt.14.l.56.si in prin.

Si pignus culpa creditoris perijt.ff.l.4.§ itẽ quæritur.

Si filiofamiliâs mutua data sit pecunia , replicatur de dolo.ff.l.4.§ contra senatusconsultum.

Si hæres damnatus sit non petere à debitore. ff. l.8.l.17.§ aitus.

Si creditor debitori debitum sub conditione legauit,hæresq; petat debitum.Replicatur:Si legati conditio nondum extiterit.ff.l.5.in prin.

Si opera creditoris debitor pecuniam quam ei solutus erat, perdidit.ff.l.6.

In actione ex stipulatu.

Si sine causa actor stipulatus fuerit. ff.l. 2.§ circa primam.

Si causa stipulationis non sit secuta, uel finita. ff. l.2.§ proinde etsi.
Si per errorem putans se debere, promisit reus. ff.l.7.l.17.in prin.
Si post stipulationem pactum factum est, ne intra certum tempus agatur. ff. l. 2.§ item quæritur.
Si infirmus causa mortis promisit, & conualuit. ff.l.4.§ j.
Si cum in arbitrum compromissum esset, ob aduersam ualetudinem non stiterit reus. ff. l.4. § in arbitrum.
Si sciens fugitiuum esse actor, stipulatus sit fugitiuum non esse. ff.l.4.§ item Labeo.
Si actor & pœnam & sortem petat. ff.l. 4. § Labeo ait.
Si promissori reo de re accepta moueatur controuersia. ff.l.17.§ ex quadrante. Vide insuper ẽ lib.18.huius Methodi.cap.9. membr. j. in fine. uers. Si de re empta dominij.

In actione iudicati.

Si dolo procuratoris dominus cõdemnatus sit. ff.l.9.
Si tantum cõdemnatus soluere paratus sit, quantum ex principali actione debebatur. ff.l.15.lib. 20.tt.j.l.16.§ ti pluris.
Reliquas species suis subiecí locis.

DISTINCTIONES GENERALES:

Si parens aduersus liberos uel patronus aduersus libertũ dolo fecit. ff.l.4.§ aduersus parentes. lib.37.tt.15.l.7.in prin.
Si minor 25 annis pupillus uel furiosus dolo egit. ff.l.4.§ quæ in tutore.
Si alius nõ actor dolo egit, uide j Aduersus quos datur.
Si non aduersus reum conuentum, sed aduersus alium dolus commissus est. ff.l.2.§ planè ex.
Si nihil dolo egit actor, uide ẽ uers. Ex omnib. in factum.
Eadem enim seueritate uoluntatem sceleris, qua effectum puniri, iura uoluerunt. C.lib.9. tt.8. l. 5.§.1.
Pœnas ob maleficia solui, magna ratio suadet. ff. lib.46.tt.1.l.70.§ id quod uulgò.
Neq; impunita maleficia esse oportet.ff. lib.9.tt. 2.l.51.§ quòd si quis absurdum.
Peccata nocentium nota esse & oportet & expedit.ff.lib.47.tt.10.l.18.in prin.

Mutus.

Vbi non uoce, sed præsentia opus est, mutus si intellectum habet, potest uideri respondere. l. 166.

Neminem lædere.

Vide s̄ Lædere alium.

Nolle.

Vide ī Velle.

Non expressa.

Vide s̄ Expressa.

Nuptiæ.

Nuptias non cõcubitus, sed consensus facit.l.30.

Obligatio.

Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio quod præstitit.l.130.

Occasio.

Capienda occasio est, quæ præbet benignius responsum.l.128.
Melius est occurrere in tempore, quàm post exitum uindicare. C.lib.3.tt.27.l.1.§ 1.
Interest nostra potius nõ soluere, quàm solutum repetere.ff.lib.16.tt.2.l.3.

Officium.

Nemini suum officium debet esse damnosum. ff. lib.47.tt.2.l.63.§ quod uerò ad.

Onus.

Vide s̄. Commodum.

Pars.

Vide ī Totum.

Pœna.

Quod à quoquam pœnæ nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur.l.46.

Plus.

Vid. ī totum.

Possessio.

Omnis de possessione controuersia, aut ad hoc pertinet, ut quod non possidemus nobis restituatur: aut ad hoc, ut retinere nobis liceat quod possidemus.ff.li.43.tt.16. l.1. § illud enim restit.

Posthumus.

Qui in utero est, perinde ac si in rebus humanis esset custoditur, quoties de commodis ipsius partus quæritur, &c.ff.lib.1.tt.5.l.7.l.26.

Prædo.

Nemo prædo est, qui precium numerauit. l. 168. in prin.

Priuilegium.

Priuilegia quædam causæ sunt, quædam personæ.l.156.
Quædam ad hæredem transeunt, quędam non.l. 68.l.156.l.151.
Inuito beneficium non datur.l.69.l.198.§ fin.
Omnes licentiam habent ijs, quæ pro se introducta sunt renũciare. ff.lib.4.tt.4.l.41.lib.2.tt.14. l.46.§ fin. C.lib.2.tt.3.l.29.li.1.tt.3. l.39. Nouell. c.136.§ sancimus igitur.
Hoc quod pro quibusdã introductũ est, inferre eis iacturam, minimè rationi conuenit æquitatis. C.lib. 4.tt.21.l. 18.§. fin.ff. lib.37. tt.10. l.3. § diuus etiam Hadrianus.

Prohibitum.

Quod quis suo nomine exercere prohibetur, id nec per subiectam personam agere debet.ff.lib. 50.tt.8.l.2.§ 1.

Publica utilitas.

Vtilitas publica præferenda est priuatorum contractibus. C.lib.12.tt. 63.l.3.
Nec publicè prodest singulis legum adminicula denegari. C.lib.7.tt.42.l.1.

Pupillus.

Impuberes ab omnib. officijs ciuilibus debẽt abstinere.l.2.§ fin.
Pupillus omnia negocia tutore autore agere potest.l.5.
Pupillus pati posse, non intelligitur. l. 110. § pupillus.
Pupillũ qui proximus pubertati sit, capacem esse & furandi & iniuriæ faciendę cõstat. l. 111. in pri.
Pupillus nec uelle nec nolle in ea ætate (nisi appositа tutoris autoritate) creditur.l.149.
Pupillo dolus tutoris nocere non debet.l.158.

Regula.

Regula est, quæ rem, quæ est, breuiter enarrat, nõ ut ex regula ius sumatur, sed ex iure quod est regula fiat, &c.l.1.

Reus.

Vide s̄ Actor.

Seruitus.

Seruitutem mortalitati ferè comparamus.l.209.
Seruitus morti aſsimilatur.ff.lib.35.tt.j.l.57.§ fin.

Seruus.

Non in omnibus ſeruus domino parẽre debet.ff. lib.47. tt.10. l.17. § ſi iuſſu. lib.50. tt.17. l.198.in prin.
Velle nõ creditor, qui obſequitur imperio patris uel domini.l.4.
Quod attinet ad ius ciuile,ſerui pro nullis habẽtur,&c.l.32.
Cum ſeruis nulla actio eſt.l.107.
In perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio. l.22. in prin.
In omnibus officijs quæ fieri per liberas perſonas leges deſiderant,ſeruus interuenire nõ poteſt.l.135.
Qui in ſeruitute eſt,uſucapere nõ poteſt: nã cum poſsideatur,poſsidere non uidetur.l.160.
Melior noſtra conditio per ſeruos noſtros fieri poteſt,deterior non.l.175.
Quod quis cum ſeruus eſſet egerit, proficere liberto facto non poteſt.l.188.
Seruus reipub.cauſa abeſſe non poteſt.l.211.

Soluere.

Plus eſt,ſtatim aliquid dare:minus eſt,poſt tempus dare.Inſt.lib.3.tt.21.§ non ſolum autem.

Species.

Vide s̃ Genus.

Stultus.

Non debent eſſe melioris cõditionis ſtulti,quàm periti.ff.lib.43.tt.23.l.4.§ fin.
Non negligentib.ſubuenitur, ſed neceſsitate rerum impeditis.ff.lib.4.tt.6.l.16.
Non ſtultis ſuccurri ſolet,ſed errãtibus. ff.lib. 22. tt.6.l.9.§ quod ſi ideo.

Suum.

Suæ quidẽ quiſq; rei moderator atq; arbiter, nõ omnia negocia,ſed pleraque ex proprio animo facit. C.lib.4.tt.35.l.21.
Iniquum eſt,ingenuis hominibus non eſſe liberã rerum ſuarum alienationem. ff. lib.37. tt.12.l.2. in fine.
Iniquum eſt, inuitum ſuo precio res ſuas uendere.ff.lib.25.tt.2.l.9.
Expedit reipub. ne ſua re quis malè utatur. Inſt. lib.j.tt.8.§ ſed maior aſperitas.
Prodeſſe ſibi unumquemq; dum alij non noceat, non prohibitum eſt.ff.lib.39.tt.3.l.j.§ ijdem.
Nemo poteſt ſibi legem dicere, ut ab ea recedere non poſsit.ff.lib.32.l. 22. in prin. lib.24.tt.j.l.7.§ uxori quis.

Succeſſor.

Nemo plus iuris ad aliũ transferre poteſt, quàm ipſe habet.l.55.
Non debeo melioris conditionis eſſe quàm auctor meus, à quo ius in me tranſit.l.135.§ fin.
Abſurdum eſt,plus iuris habere eum cui legatus eſt fundus, quàm hæredem aut ipſum teſtatorem,ſi uiueret. l.120.§ fin.
Qui in ius dominiumúe alterius ſuccedit, iure eius uti debet.l.137.in prin.
Quod ipſis qui contraxerunt obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit.l.185.
Cum quis in alicuius locum ſucceſſerit, non eſt æquum ei nocere hoc, quod aduerſus eum nõ nocuit in cuius locũ ſucceſsit.l.197.§ cum quis.

Tacens.

Vide s̃ Confeſsio & Conſenſus.

Totum & Plus.

In toto & pars continetur. l.113.
In eo quod plus eſt, ſemper ineſt & minus. l. 110. in prin.
Nihil intereſt de uniuerſo quæratur, an de parte. ff.lib.29.tt.2.l.82.§ fin.
Cuius effectus omnibus prodeſt, eius & partes ad uniuerſos pertinent.l.195.
Nõ debet cui quod plus eſt licet, quod minus eſt non licere.l.21.
Eſt perquàm ridiculum,eum qui minoribus pœnæ cauſa prohibitus ſit,ad maiores adſpirare.ff. lib.48.tt.22.l.7.§ fin.

Verba & uocabula.

Natura rerũ inductum eſt, ut plura ſint negocia quàm uocabula. ff.lib.19.tt.5.l.4.
Nomina ſignificãdorum hominum gratia reperta ſunt: qui ſi alio,&c. Inſt. lib.2. tt.20. § ſi quidẽ in nomine.
Exemplo turpiſsimum eſt, fœminino uocabulo etiam maſculos cõtineri.ff.lib.31. l.46.in prin.
Semper ſexus maſculinus fœmininũ ſexum cõtinet.ff.li.32.l.60.uide s̃ cap.prox.in uerbo Quis.

Veritas.

Plus ualet quod in ueritate eſt, quàm quod in opinione.Inſt.lib.2.tt. 20 § ſi quis rem ſuam.
Veritas rerum erroribus geſtarum non uitiatur. ff.lib.j.tt.18.l.6.§ ueritas.
Plus ualet quod eſt actũ, quàm quod eſt ſcriptũ. uide s̃ lib.2. cap. De inſtrumentis. uerſ. Si aliud actum.

Velle, & uoluntas.

Eius eſt nolle,qui poteſt & uelle l.3.
Eius eſt dare actionem,denegare qui poſsit,&dare.l.102.
Quod quis ſi uelit habere non poteſt,id repudiare non poteſt.l.134.§ fin.
Pupillus nec uelle nec nolle creditur.l.149.
Furioſi uel eius cui bonis interdictum eſt, nulla uoluntas eſt.l.40.
Velle non creditur, qui obſequitur imperio patris uel domini.l.4.
Ambulatoria eſt uoluntas defuncti, uſq; ad uitæ ſupremum exitum. ff.lib.34.tt.4.l.4.

Vis.

Vi factum uidetur id eſſe, quod quis cum prohiberetur fecit.l.73.§ ui.
Nihil cõſenſui tam contrarium eſt, quàm uis atque metus,&c.l.116.
Non uidetur uim facere,qui iure ſuo utitur,& ordinaria actione experitur.l.197.§ j.

Vtile.

Vtile per inutile uitiari non debet. ff. lib.45. tt.j. l.j.§ penult.lib.43.tt.18.l.2.

Vulgò quæſitus.

Vulgò quæſitus matrem ſequitur. ff. lib.j. tt.5.l. 19.l.24.
Vulgò concepti dicuntur,qui patrem demõſtrare non poſſunt: uel qui poſſunt quidẽ,ſed eum habent quem habere nõ licet, qui & Spurij appellantur.ff.lib.j.tt.5.l.23.

De re-

De reliquis regulis.

Quæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur,ius commune non lædunt.l.81.
Non ſolet deterior conditio fieri eorum qui litem conteſtati ſunt,quàm ſi nõ eſſent,ſed plerunq; melior.l.86.lib.46.tt.2.l.29.
Nemo enim perſequendo deteriorẽ cauſam, ſed meliorem facit.l.87.
Refertur ad uniuerſos quod publicè fit per maiorem partem.l.120.
Qui non facit quod facere debet, uidetur facere aduerſus ea quæ non facit:& qui facit quod facere non debet,nõ uidetur facere id quod iuſſus eſt.l.163.
De reliqs regulis,uide in ſuis locis, quòrũ regulæ ſunt:ut De hæreditatibus,donatione,uenditione,&c.

FINIS LIBRI VICESIMIQVINTI
& Vltimi.

METHODVS IN LIBROS FEVDORVM.

DE FEVDO.
Cap. 1.

I. *Definitiones feudi.*

Definitio nominis lib.2.tt.3.§ fin.
Definitio rei.lib.2.tt.23.§ in primis.

II. *Quo iure ſubſiſtat.*

Conſuetudine,lib.2.tt.j.

III. *Species.*

De ijs quę dantur ex camera uel cauerna.lib.2.tt. § fin.tt.10.§ fin.l.58.in prin.
Species & nomina uaſallorũ. lib.j.tt.j.lib.2.tt.10.

IIII. *Propria.*

In generali alienatione non continetur feudum. lib.2.tt.26.§ in generali.
Vendita curia,feudum uenditũ non uidetur.lib. 2.tt.51.in prin.
Reliqua,uide j̃ inter Euentus.

V. *Similia & contraria.*

De ſoldatis. lib.2.tt.10.§ nam illi qui ſoldatam.
De regalijs.lib.2.tt.56.uide ff.De iure fiſci,
De allodijs.lib.2.tt.54.in prin.

VI. *Cauſæ ex quibus feudum adquiritur.*

Inueſtitura & ſucceſsio.lib.2.tt.j.§ fin.
Declaratur quid ſit inueſtitura. lib.2. tt.2. in prin. uide j̃ cap.prox.
Diſtinguitur j̃ cap.prox.

VII. *Cauſas ex quibus feudum amittitur.*

Vide j̃ cap.3.

VIII. *Euentus feudi.*

Proprietas rei ad dominum pertinet. lib.2. tt.8.§ fin.tt.23.§ fin.
Dominus rem feudalem alienare an poſsit.lib.2. tt.9.§ fin.tt.55.§ præterea ducatus.
Officia domini erga uaſallum, quibus non præſtitis proprietatem rei feudalis amittit.lib.2.tt. 6.§ fin.tt.26.§ domino committere.tt.47.
Officia uaſalli,quibus non præſtitis feudũ amittit,uide j̃ cap.3.
Vaſallus feudi conditionem meliorem, non deteriorem facere poteſt.lib.2.tt.8.§ econtrario.
Vaſallus feudum inuito domino alienare nõ poteſt,uide j̃ cap.3.
Vaſallus feudum inuitis adgnatis alienare nõ poteſt,nec in filiam cõfirmare: & de reuocando eo ab adgnatis & filio.li.2.tt.26.§ Titius filios. tt.29.in prin.
Vaſallus feudum Domini cõſenſu alienatum recipiens, an pro re propria habeat.lib.2.tt.44. § fin.
Vaſallus de feudo teſtari uel diſponere non poteſt.lib.j.tt.8.in prin.
De feudo communi diuidendo.lib.2.tt.55.§ præterea.tt.58.§ item ſciendum.
De actione feudi nomine à uaſallo inferenda & excipienda.lib.2.tt.8.§ rei autẽ.tt.26.§ ſi uaſallus.tt.43.
Hæres qui retento feudo hereditatem repudiat, onus hæreditarium ſubire an cogatur.lib.2.tt. 45.
Re feudali euicta, an uaſallus de euictione agere poſsit.lib.2.tt.8.in prin.tt.25.
An uaſallus ſeruitutẽ petere uel retinere poſsit. lib.2.tt.8.§ rei autem.
An uaſallus ſeruitutem prædio feudali imponere poſsit.lib.2.tt.8.§ quid ergo.
An uaſallus de feudo tranſigere poſsit? lib.2.tt. 26.
An uaſallus feudum domino inuito poſsit refutare.lib.2.tt.38.
Officia uaſallorum circa pacem tenendam.lib.2. tt.27.tt.33.tt.59.Extrauagant.conſt.j.conſt.2.

DE PETITIONE FEVDI quæ datur uaſallo.
Cap. 2.

I. *Cauſa ex qua competit hæc actio.*

Si cui feudum conſtitutum ſit, & inueſtitura facta.

DISTINGVITVR:

1 *Ex perſona conſtituentis feudum.*

De epiſcopo,abbate, abbatiſſa, præpoſito, marchione, comite,& ijs qui ab illis feuda habent, lib.j.tt.j.in prin.tt.6.in prin.

De uasallis.lib.j.tt.j.in prin.§ fin.tt.5.§ aut si libellario.lib.2.tt.9.in prin.tt.26.§ beneficiũ. tt.34. § similiter.tt.55.§ callidis insuper.
De fœmina.lib.2.tt.3.§ personam uerò.
De minore annis, & alio cui bonis interdictum est.lib.2.tt.3.in prin.

2 *Ex persona eius cui feudum constitutum est.*

Non distinguitur qualis ea sit persona.lib.2.tt.3.§ personam.
De eo qui miles non est, ut paganus & rusticus. lib.2.tt.26.§ beneficium. tt. 34. § ex eadem lege.§ similiter.
De eo qui fidelitatem facere non uult.lib.2.tt.3.§ final.
De seruo.lib.2.tt.3.§ personam uerò.
De extraneo, nõ requisitis prius proximioribus cognatis.lib.2.tt.3.§ sed etiam res.

3 *Ex persona eius per quem feudum constituitur, & inuestitura fit.*

Per procuratorem & dari & accipi feudum potest.lib.2.tt.3.§ personam uerò.tt.58.§ item inuestitura.

4 *Ex re in qua feudum constituitur.*

De re quæ alienari non potest. lib.2.tt.3.§ sed etiam res.
De re ecclesiastica.lib.j.tt.6.in prin.
De rebus mobilibus.lib.2.tt.j.§ fin.
De re communi.lib.2.tt.58.§ item sciendum.
De feudo alieno, de quo alius inuestitus est.lib.j. tt.9.§ nam si quis fuerit. tt.22. § si quis fecerit. tt.27.§ fin.lib.2.tt.26.§ motibus.tt.34. § ex eadem lege.tt.35.tt.55.§ præterea ducatus.

5 *Ex causa propter quam, & modo quo constituitur, datur uel accipitur feudum.*

Si sub prætextu pecuniæ, & non amore & honore domini.lib.j. tt.27.in prin.
Si dominus rem pignori dederit, ita ut non soluta intra certum tempus pecunia creditor eam rem in feudum habeat.lib.j.tt.27.in prin.lib.2. tt.51.§ fin.
Si ad certum seruitium feudum detur.lib.2.tt.51. § fin.
Si pro se & suis hæredibus, masculis & fœminis, & cui ipse uellet dare uel alienare, acceperit.li. 2.tt.26.§ feudum ea.tt.48.

6 *Ex adiunctis & solennitate inuestituræ.*

Si inuestitura non interueniat.lib.j.tt.25.in prin. li.2.tt.j.§ fi.tt.26.§ si quis triginta.tt.33.in prin. § nec dicatur. Declaratur qd sit inuestitura & quomodo fiat,lib. 2.tt.2.in prin.
De iuramento fidelitatis à uasallo præstando.lib. 2.tt.3.§ fin.tt.5.tt.7.tt.55.§ fin.lib.de pace Constant.§ uasalli nostri.§ in Christi nomine.utrũ ante an post inuestituram iurádum. lib.2.tt.4.
De breui testato interueniẽte.lib.j. tt.4. in prin.

7 *Quibus præsentibus inuestitura facienda?*

De paribus curiæ, & alijs.lib.j.tt 4.in prin. lib.2. tt.2.in prin.tt.32. in prin. tt.58. in prin. § idcirco pares.

8 *Ex consequentibus.*

Vide j cap.prox.Causas quibus feudũ amittitur.

II. *Quibus competit hæc actio, & de feudi successione, quibus competat?*

De hæredibus uasalli.lib.j.tt.14.in prin.
De liberis uasalli.lib.j.tt.j.§ & quia uidimus.tt.8. in prin.tt.14.§ si capitanei. tt.19. lib.2. tt. 11. in prin.tt.14.tt.50.in prin.
Si datum sit feudum pro se & legitimo hærede masculo.lib.j.tt.13.§ penult.
De posterioris matrimonij filijs.lib.2.tt.26.§ mulier.tt.29.
Si ita matrimonium contractum sit,ne filij ex eo nati patri ab intestato succedãt.lib.2.tt.26.§ filij mei.tt.29.
De naturalibus filijs.lib.2.tt.26.§ naturales.
De filiabus,& harum liberis,uide j. De fœminis.
De filio adoptiuo.lib.2.tt.26.§ adoptiuus.
De parentibus uasalli.lib.2.tt.50.in prin.
De collateralibus & adgnatis.lib.2.tt.49.
De fratribus uasalli.li.j.tt.j. § & quia uidimus.tt. 8.§ hoc quoque obseruand.§ fin.tt.12.tt.14.§ si capitanei. § si duo fratres. tt.18.19. tt.20. lib.2. tt.11.§ his uerò deficientib. tt.12. tt.26. § fin.tt. 29.§ fin.
De fratrũ filijs.lib.2.tt.11. § his uerò deficiẽtibus.
De consobrinis.lib.j.tt.14.§ si capitanei.
De patruo.lib.j.tt.19.in prin.
De adgnatis ulterioribus.lib.j.tt.j.§ hoc quoque sciendum. lib.2. tt.11.§ his uerò deficientibus. tt.50.§ dummodo scias.
De marito & uxore.lib.j.tt.15. in prin.lib.2.tt.8.§ fin.tt.13.
De fœminis,& harum liberis.lib.j.tt.j.§ hoc autẽ notandum.tt.6.§ quinetiã.tt.8.tt.14.§ fin.tt.15. § etsi ipsa fœmina.tt.24.lib.2.tt.11.in prin. tt.17. in prin. tt.18. tt.30. in prin.tt. 34. § similiter. tt. 36.§ fin,tt.50.in prin.tt.51.§ similiter.
De muto,surdo, cæco, claudo,& simili qui seruire non potest.lib.j.tt.6.§ fin.lib.2.tt.36.
De clerico & alijs religiosis. lib.2. tt.30. § fi. tt.36. § fi.
De eo qui hæreditatem repudiauit.lib.2.tt.45.tt. 51.§ filius.

III. *Apud quem competant feudi actiones?*

De imperatore paribus curiæ, & iudice ordinario.li.j.tt.18. in prin.tt.22.§ fin.tt.26.§ testes uerò sint. § his enim non cogentibus. lib.2. tt.15. in prin.§ fin.tt.16.tt.20. in prin.tt. 34.in prin.tt. 39.§ si inter dominum.tt.46.tt.55.§ fin.

IIII. *Quid ueniat in hanc actionem?*

Hac actione petit uasallus,ut ei res feudi nomine tradantur,seu ut mittatur in possessionem: etsi non mittatur in possessionẽ,ut nunc ei præstetur id quod interest.lib.2.tt.7. § fin.tt.26. § si facta.
De incremento & accessione feudi.lib.j.tt.4. § si quis de manso.§ fin.
De reliquis,uide j cap.prox.Quid ueniat.

V. *Adiuncta & Euentus harum actionum.*

Vter lite pendente debeat esse in possessione.lib. 2.tt.26.in prin.§ inter filiam.

Si domi-

Si dominus uel uasallus citatus non uenerit.lib. 2.tt.22.
De feudo directo, de quo lis nõ est, nihilominus inuestiri debet uasallus.lib.2.tt.20.§ item dicit uasallus.tt.39.§ ubi autem dicit.

DE PROBATIONIBVS.

Vter & per quæ probare debeat in his actionibus. Distinguitur ex re probanda, seu de qua quæritur.
Si de iure quæratur.lib.2.tt.j.in prin.
Si de inuestitura quæratur. lib.j.tt.2.§ fin. tt.4. in prin.tt.10.tt.11.in prin.tt.23.tt.26.tt.28. lib.2. tt. 2.in prin.usq; ad § fin.tt.3.in prin.tt.19.tt.25.§ fi. tt.27.§ si duo homines.tt.32.tt.33.tt.34.§ sed cũ unum.tt.58.§ notandum.usq; ad fin.tituli.
Si dominus dixerit,se per guardiam uel castaldiam dedisse: alter dicat se de feudo inuestitum. lib.j.tt.2.§ fin.tt.4.§ item si uasallus.
Si dominus dicat se pignori dedisse,alter dicat se pro feudo tenere. lib. j. tt. 4. § similiter si aliquis.
Si uasallus de incremento quoq; se inuestitũ asserat.lib.j.tt.4.§ si quis de manso.
Si dicatur allodium.lib.2.tt.26. § inter filiã. tt.41. tt.51.§ si contentio.
Si de successione feudi queratur.lib.j.tt.4.§ cum autem quis.
Si dicatur feudum paternum uel nouum.lib.j.tt. 4.§ cum autem quis.tt.12.lib.2.tt.11.§ fin. tt. 14. tt.15.§ idem placet.tt.26.in prin.
Si pactum contra feudi naturam dicatur intercessisse.lib.2.tt.2.§ fin.
Si instrumẽtum falsum dicatur.lib.2.tt.58. § si instrument.
Si uasallus ingratus fuisse,uel dominũ offendisse dicatur.lib.2.tt.57.
Si uasallus ignorãs feudum, id alienasse dicatur. lib.2.tt.42.
De reliquis.lib.2. tt.27.§ si duo homines. tt.58. § si instrument.§ notandum.

VI. *Adfinia remedia.*

De ui.lib.2.tt.22.§ fin.tt.39.§ fin.

DE REPETITIONE FEVDI quæ datur domino.

Cap. 3.

I. *Causæ ex quibus feudum amittitur, & hæc actio datur.*

De sola pœnitentia domini, sine culpa uasalli. li. j.tt.j.§ & quia uidimus.§ fin.tt.2.tt.7.tt.11.§ fin. tt.16.tt.21.in prin.tt.23.§ fin.lib.2.tt.26.§ si facta.
Si successor uel hæres inuestitoris non habuerit ratum.lib.j.tt.3.lib.2.tt.58.§ item hæredes.
Si cum ex die uel sub cõditione feudum datum esset, ante diem uel conditionem existentem inuestitor uel inuestitus sit mortuus: uel etiã antequã inuestitus in possessionem missus sit. lib.j.tt.3.tt.9.tt.25.§ fin.lib.2.tt.26.§ moribus. tt.35.
Si is ad quem feudum pertinet cõsenserit, alium eo inuestiri,uel sciens tacuerit.lib.j.tt.5.§ præterea.tt.26.§ fin.lib.2.tt.26.§ Titius filios.
Si uasallus domino feudum refutauerit. lib. j. tt. 5.§ rursus.lib.2.tt.14.tt.38.tt.39.in prin.
Si feudum à uasallo alij in feudum datum ad dominum redierit.lib.j.tt.5.§ rursus si fidelis.
Si dominus feudum alij uendiderit.lib.2. tt.21.in prin.uide j cap.j.memb.8.uers. Dominus rem.
Si uasallus feudum sine consensu domini alienauit,uide j eod.
Si uasallus feudum cum consensu domini alienauit.lib.j.tt.13.§ fin.lib.2.tt.9.§ fin.
Si dominus inops factus sit,uel ære alieno prematur.lib.2.tt.58.in prin.
Si res euincatur.lib.2.tt.8.in prin.tt.25.
Si uasallus natura uel iure non potest amplius seruire,uel sustinere officia militaria. lib. 2. tt. 21. § fin.
Si obmutescat uasallus.lib.j.tt.6.§ fin.
Si clericus uel aliàs religiosus factus sit uasallus. lib.2.tt.21.tt.26.§ qui clericus.tt.30.§ fin.
Si uasallus infamis sit factus, ut in curia amplius stare non possit.lib.2.tt.36.in prin.
Si uasallus fratrem suum occiderit, uel aliter paricidium commiserit, uide j uers. Si fratrem uel filium.
Si uasallus domino mortuo,uel uasalli hæres uasallo mortuo,intra annum & diem inuestiturã nõ petierit.li.j.tt.22.in prin. lib.2. tt.24. in pri. tt.40.in pri.tt.52.§ fin.tt.55.§ præterea si quis. lib.de pace constant.§ uasalli.
A quo feudum recognoscere debeat.lib.2.tt.17. § fin.tt.34.§ ex eadem lege.tt.55.§ præterea ducatus.

¶ *Si ingratus fuerit uasallus aduersus dominum, & suum officium non fecerit.*

Distinguitur:

1 *Ex specie facti seu ingratitudinis.*

Si fidelitatem non faciat, uel domino nõ seruiat lib.j.tt.21.in prin.lib.2.tt.3.§ fin.tt.4.l.24. § est & alia. § sed non est alia. tt.26.§ etsi uasallus. § omnes filij.§ si minori.§ si quis decesserit. § licet uasallus.tt.28.in prin.usq; ad § si uasallus. § fin.tt.34.§ ex eadem lege.tt.37.§ fin.tt.38.§ fin. tt.40. § similiter. tt.52.§ satis bene. tt.54. § ut autẽ.tt.55.§ firmiter.§ præterea ducatus. § fin. lib.de pace constant.§ uasalli nostri.
Si dominum non adiuuat,eumq; in prælio deserat.lib.j.tt.5.in prin.tt.17.tt.21.§ fin.lib.2.tt.24. § item qui dominum.tt 28.in prin.
Si iusticiam domino facere nolit, & in iudicium uocatus non uenerit. lib.2.tt.22.in prin.tt.24. § illud tamen.
Si rem domini non curet,periculũ eius uel damnum non præcaueat. lib.2 tt. 26.§ uasallus.tt. 28.§ tu tamen scias.tt.39.§ fin.
Si uitæ domini insidiatus sit,uel alias graues iniurias aduersus eum commiserit.lib.2. tt.24.§ porrò si dominum.tt.51.§ si uoluerit.
Si dominum assalierit. lib.j.tt.5.§ similiter si dominum.tt.17.lib.2.tt.24.§ porrò.
Si cum posset, dominum à morte non liberauit. lib.2.tt.39.§ fin.uel eum inclusum, cum posset non liberauit.lib.2.tt.24. § item si delator.
Si delator domini fuit,uel consilia eius prodidit. lib.j.tt.17.lib.2.tt.24.§ item si delator.
Si dominum cucurbitauerit:hoc est,si cum uxore uel filia,&c.domini concubuerit.lib.j.tt.5.§

item si fidelis.tt.17.tt.21.§ fin.lib.2. tt.24. § rursus si domini.
Si fratrem uel filium domini,uel suum occiderit. lib.3. tt.5.§ item si fratrem.lib.2.tt.24. § deniq; sæpè.tt.37.in prin.
Si dominum accusat, uel contra illum testimonium dicit.lib.2.tt.33.§ similiter uasallus.
Si uasallus abneget feudum, uel feudi conditionem. lib.2. tt.26. § uasallus si. § uasallus feudũ. tt.34.§ fin.
Reliqua uasalli officia, quibus non præstitis feudum amittit.lib.2.tt. 6.tt.7.tt.23.in prin.tt.24.§ præterea si uasallus.tt.26.§ licet uasallus.tt.39. § fin.tt.57.Extrauagant.tt.2.
Clausulæ uniuersales,si uel similes culpas admiserint.lib.1. tt.17.§ fin.lib.2.tt.23.in prin.tt.24.§ sed quia natura.usq; ad § deniq;.

2 *Ex persona facientis contra officium.*

Si cum ecclesia inuestita esset, clericus deliquit. lib.2.tt.40.§ fin.
Si domesticus uel filius uasalli.lib.2. tt.55.§ illud quoq;.

3 *Ex tempore facti.*

Si filius adhuc uiuente patrè contra dominũ patris deliquit,an defuncto patri in feudum succedat?lib.2.tt.51.§ quæsitum.tt.55.§ insuper si.

4 *Ex antecedentibus.*

Si feudum pro se ac suis hæredibus,& ut cui ipse uellet, dare uel alienare posset, acceperit.lib.2. tt.26.§ feudum ea lege.tt.48.

5 *Ex euentu & consequentibus.*

Si conatus non habuerit euentum.lib.2.tt.51.§ si uoluerit.
Alias insuper distinctiones uide s̃ sub unaquaq; ingratitudinis specie.

¶ *Si feudum sine consensu domini alienauit uasallus.*

lib.1.tt.13.in prin.tt.18.§ fin. tt.23. § fin. lib.2.tt. 9.tt.26.§ feudum hac lege. tt.34. § similiter. tt. 52.in prin.tt.55. in prin. Distinguitur:

1 *Ex specie alienationis.*

Si pignori dedit.lib.1. tt.5.§ aut si libellario. § fin. tt.13.in prin.lib.2.tt.8.§ fin.tt.55.in prin
Si libellario nomine dederit. lib.1. tt. 5. § aut si libellario.§.fin.tt.13.
Si in feudum dederit, uide s̃ cap. prox. ab initio uers. De uasallis.
Si pro anima iudicauit.lib.2.tt.55.in prin.

2 *Ex persona eius cui alienauit.*

Si adgnato suo alienauit. lib.2.tt.39.in prin.

3 *Ex re alienata.*

Si dimidiam tantum partem alienauit. lib.1. tt.5. § penult.tt.13.tt.18.§ fin.li.2.tt.9.in prin.tt.24.§ illud enim est certũ.tt.38.in prin.tt.55. in prin.
Si allodia alienauit.lib.2.tt.54.in prin.

4 *Ex causa & modo.*

Si ignorans alienauit. lib.2. tt. 26.§ si uasallus. tt. 42.
De reliquis,uide s̃ Ex specie alienationis.

5 *Ex antecedentibus.*

Si feudum ita accepit, ut cui ipse uellet dare uel alienare posset.lib.2.tt.26.§ feudum ea lege.tt. 48.

6 *Ex consequentibus.*

Si uasallus relicto hærede legitimo masculo decesserit. lib.1. tt.5. § penult.tt.18. § fin. lib. 2. tt. 34.§ similiter.
Si uasallus feudum recuperauit.lib.2.tt.44.

II. *Quid datur feudi amissi repetitio?*

Vtrum ad dominum, an ad adgnatos uasalli reuertatur?lib.1.tt.5.§ his omnibus. § item si fuerint.tt.6.§ fin.tt.8.§ hoc quoq; obseruan. tt.13. § etsi clientulus.usq; ad fin.tituli.tt.18. § fin.tt. 21.§ si quis miles. lib.2.tt.21.tt.24. § deniq; sæpe.tt.26.§ Titius filios.tt.37.tt.38.in prin.tt.39. in prin.tt.40 § præterea.§ fin.tt.45.§ quo repudiato.tt. 55.§ præterea.
De liberis uasalli.lib.2.tt.26.§ Titius filios.§ si uasallus.tt.21.tt.37.in prin.Vide paulo s̃ uers.Si uasallus relicto hærede.
Vtrum ad maiorem an ad minorem dominũ reuertatur?lib.2.tt.55.§ illud quoq;.
Si aduersus unum dominum uasallus deliquerit, an alter quoq; agere possit?lib.2.tt.38.

III. *Quid ueniat in hanc actionem?*

Si partem feudi alienauit uasallus, an totũ amittat?lib.1.tt.18.§ fin. lib.2. tt.24. § illud enim est certum. tt.38.
De meliorationibus, & eo quod feudo accesit. lib.2.tt.8.§ econtrariò.tt.28.§ si uasallus.
De eo quod uasallus transactionis nomine accepit.lib.2.tt.26.§ si uasallus de beneficio.
De seruitute rei feudali per uasallum adquisita lib.2.tt.28.§ si uasallus.
De fructibus eius anni quo feudũ repetitur. lib. 2.tt.28.§ his consequenter.

IIII. *Quandiu competit hæc actio?*

Dominus feudum alienatũ repetens, nulla temporis præscriptione submouetur .lib.2. tt.9. § præscriptione autem. tt.40. § præterea. tt.55. in prin.

V. *Quæ actio detur: & adfinia remedia.*

Condictio causa dati, causa non secuta, si seruire nolit uasallus.lib.1.tt.21.in prin.
De ui lib.2.tt.39.§ fin.

VI. *Euentus huius actionis.*

De eo quod interest, & precio emptori restituẽdo,si feudum alienatum repetatur.lib.2.tt.9.§ porrò siue de bona.tt.26. § si uasallus.tt.52.§ si quis uerò contra.tt.55.§ hos autem.
De appellatione.lib.1.tt.22.§ fin.
De reliquis euentis,uide s̃ cap.prox.membr.5.

VII. *Apud quem detur hæc actio.*

Vide s̃ cap.prox.membr.3.

VIII. *Adiuncta, & de probationibus.*

Vide s̃ cap.prox.memb.5.

METHODI IN LIBROS FEVdorum *Finis.*

AD D. IOAN. OLDENDORPIVM IVRISCONSVLTVM CELEBERRIMVM, Præceptorem suum obseruandum, Nicolai Vigelij Præfatio.

CVM primùm tuos,Præceptor obseruande,legerem libros,omnem illorum intentionem eò spectare animaduerti, ut litiũ diuturnitas,malum in iudicijs nostris frequentissimũ,è iudicijs atq; rebusp. expelleretur: quam tuam, tuorumq; librorum intentionẽ, nemo nõ honestissimã existimare potest. Tria enim in omni sunt repub. (teste Aristotele) consultationes nimirum de publica utilitate, magistratus atq; iudicia: quibus rectè constitutis, ipsam rempub. rectè constitutam: illisq; deprauatis, deprauatã remp. esse necesse est. Quàm deprauatissima autem nũc sint ob litium saltem diuturnitatem iudicia nostra, tu ipse, præceptor obseruande, iamdudum multo melius reipsa experiris, quàm ego uerbis eloqui possum. Talia nũc sunt nostra iudicia, ut quę bonis solatio, malis terrori esse consueuiebat: uice uersa, ad ea mali prouocent, horreantq; boni, ob solam litium ferè immortalitatem. Quanto autẽ hoc malum rebusp. pernicioſius est, tãto tuorum librorũ intentio est laudabilior. Est autem malum illud rebuspub. proh dolor, reipsa testante, pernicioſissimũ. Itaq; ego, te tuosq; libros, in eo quamuis uiribus impar, secutus, illud malum quantũ scriptis possem, oppugnandũ suscipiebam: nequaquã ratus quenquã fore tam inuidum, qui istum conatũ meum esset reprehensurus. Sed ecce ex improuiſo obortum est aduersus me murmur quorundã, quòd doctorum cõmenta improbarem: nam inter cæteras litium diuturnitatis causas & hanc posuerã, quòd plerique iuri operã daturi, neglectis apertissimis iuris textibus, spinosis doctorum cõmentarijs ac disputationibus inhærerẽt: qua re pluriũ (qui ex cõmentarijs, quorum autoritate reprobata, illi ne hiscere quidẽ amplius in foro auderent, sapiunt) in me excitauerã inuidiam. Hanc igitur partem, ob multitudinẽ defensorũ quos habet, mihi inexpugnabilem in oppugnanda litium diuturnitate in posterum missam faciam. Legant doctores commentatores, gloſſatores, textusq; iuris negligant qui uolent: nihil ad me. Sed nec illud ad me, quòd omnia per infinitos agunt articulos, respondentq; singulariter singulis.nõ amplius istis mouebor: quamuis præterquàm quòd à ratione disputandi abhorrent, litium etiam diuturnitatẽ plurimùm foueant. Vnum præceptor obseruande, animaduerto, istorum uitiorum omnium causam atq; originem esse, inertiã uidelicet, & socordiam iudicum. Hanc mihi in posterum oppugnandam sumpsi: qua expugnata, atq; è iudicijs expulsa, spero litium diuturnitatẽ cum reliquis erroribus omnibus à iudicijs exulturam. Nam sanato capite, reliqua iudicij membra facilè pristinum suum uigorem recipiẽt. Proinde rationem de causis forensibus iudicandi, in eam rem conscripsi: in qua cùm quædam ex scholis Dialecticorũ desumpta, ab hoc usu fòrensi & publico abhorrentia posuerim, quæ eorum qui in foro nunc uersantur, opinionem excedunt, ea postea seperatim proposui, & explicaui uberius. Apud te autem, præceptor obseruande, ista nulla indigere ἀνάδειξις, non πρόδειξις esse, non dubito. Cùm autem tua autoritas ubiq; terrarum, non solùm apud eos qui in scholis, sed apud eos etiã qui in foro uersantur, plurimùm possit, tibi ea defendenda commendo. Mihi nec ætas, nec autoritas, nec etiam eruditio tanta est, ut illorum defensionem, quamuis per se ueriſsima sint, solus ob tam fortuita hominum iudicia suscipere ausim. Iuua me, obsecro: pro mea uirili laborabo, & quãtum in ijs defendendis possum faciam. Ne me in hoc certamine, qui primùm te duce in hęc arma ueni, deseras: perſta in suscepta semel militia. nec etiamsi semel atq; iterum parum felici successu pugnaueris, arma abijcias: in summis nunc periculis hostis positus est: summi cum infimis, aduersus illum insurgunt: omnes contra litium diuturnitatem, nefandissimum malum, remedia quærunt: honestissimam militamus militiam: tua modò autoritate meis conatibus succurrere, meaq; Paradoxa defendere iuua. Vale.

RATIO IVDICANDI
de cauſis forenſibus.

PRAECIPVA LITIVM DIVturnitatis cauſa, in iudice ſita eſt: eſtq; iudicandi ratio triplex. Cap. I.

QVVM inquirendo litium diuturnitatis cauſam perluſtrarē fori cōſuetudines, librosq; Practicos, animaduerti in libellorum formulis atque cautelis ſcribendis occupatos eſſe omnes: de iudicandi formula ac ratione eſſe præſcriptum nihil, adeò aduocatos & procuratores inſtruunt omnes, iudicem nemo. Hinc inter tot armatos ſedet iudex inermis: & nunc in hanc, nunc in illam, ab aduocatis rapitur ſententiam: incertus utri partium adhæreat, neſcit quādo diſputationes in cauſa permittendæ ſint, quando contrà ſint inhibendæ. Hinc ne neceſſarias inhibeat, non neceſſarias permittit: & aduocatis in infinitum diſputandi licentiam cōcedit, non ſemel, ſed ſæpius dilationes dat, easq; uel ex leuiſſima cauſa. Sedet (ut ſummatim dicam) inter aduocatos & procuratores iudex, tanquam aſinus inter ſimias. Quare omnes iudiciorum reformationes, ad litium diuturnitatem tollēdam inutiles erūt, niſi prius reformabitur iudex: nam languente capite, cætera membra ſuo officio rectè fungi quî poſſunt? nōnne totum corpus languere neceſſe eſt? De ratione igitur iudicandi & antea ſcripſi quædam, & nunc ſcribam plura. Hi autem de cauſis rectius ſciunt iudicare, qui & agere cauſas, & defendere non ignorant. Qui enim rectè agere, excipere & probare ſcit: is quoque de Actionibus, Exceptionibus & Probationibus rectè ſciet iudicare: quoniā de operē melius iudicat artifex. Sunt tamen quędam iudicandi præcepta peculiaria, quæ exponam. Sanè triplicem iudicandi rationem in uſu reperio: quarum prima actionum, exceptionumq; requiſita, & ſingulorum requiſitorum probationes reſpicit: ſecunda, ipſius facti ſpeciem, eiusq; circumſtantias: tertia deniq;, ſtatum cauſæ. Quæ ſingula genera qualia ſint, quodq; iſtorum putem uerius, in ſequentibus exponam. Cognitis autem iudicandi rationibus, rationes acta cauſarum referendi non erunt incognitæ: cùm eadem ſit utriuſque ratio atque ſcientia.

De prima iudicandi ratione. Cap. II.

PRima itaq; iudicandi ratione Iudex ſic procedit. Primùm de actione inquirit, quæ ſcilicet actio intentata ſit, an & quo iure ſubſiſtat, & an de facto ſit probata. In quo poſtremò, non ſolùm an ipſum factum, ſed etiam an omnia cauſæ & actionis iſtius requiſita ab actore probata ſint, conſiderat: quia actor tenetur probare ſuam actionem, & eius requiſita: quibus non probatis, reus abſoluendus eſt, etiamſi nihil præſtiterit. Examinata igitur dicto modo actoris actione, ad exceptionem rei conuenti procedit: in qua ſimiliter ſpectat primùm, quæ à reo conuento exceptio ſit oppoſita: deinde, an de iure actionem excludat: poſtremò, an factum cum omnibus eius exceptionis requiſitis ſit probatū. Nam & reum ſuam exceptionem & eius requiſita probare teneri, & niſi probauerit condēnandum eſſe conſtat. Exempli gratia: Cauſa talis in iudiciū deducta eſt. Maritus & uxor ſimul in eadem charta teſtati ſunt, ijſdem hæredibus inſtitutis: mortuo poſtmodum marito, uxor ſuperſtes mutato teſtamento alios inſtituit hæredes: qua teſtatrice tandem etiā defuncta, priore teſtamento ſcripti hæredes, hæreditatem eius ab ijs qui poſteriore teſtamento hæredes ſcripti ſunt, petunt. Cauſa diu multumq; hinc inde ab aduocatis agitata, ſuperuenit tandem iudex: notat primò petitionem hæreditatis in iudium deductā, deinde eam actionem de iure ſubſiſtere non dubitat: procedit igitur tertiò ad actionis probationem. Et quoniā actores, ex eo quòd ſe teſtamento hæredes ſcriptos aſſerunt, hæreditatē petunt: obſeruat, an ſatis probatum ſit teſtamentum eſſe factum, actores hęredes inſtitutos, ſeptem teſtes actui interfuiſſe, eosq; ad id uocatos, uno actionis contextu teſtamentum eſſe factum, teſtatorē teſtamenti factionem habuiſſe, actores hęreditatem intra legitimū tempus agnouiſſe, reum conuentum hæreditatem poſsidere, &c. Nam hęc omnia, Petitionis hæreditatis ex teſtamēto neceſſaria ſunt requiſita: & à quolibet qui ex teſtamento hęreditatem petit probanda. Iam ergo cùm actionem ſatis probatam uidet iudex, procedit ad exceptionem rei conuenti: notans primò, exceptionem mutati teſtamenti eſſe oppoſitam: deinde, eam de iure Petitionem hæreditatis ex teſtamento excludere: poſtremò examinat huius exceptionis probationes, an ſcilicet à reo conuento ſatis probatum ſit, prius teſtamentum eſſe mutatum, poſterius ſolenniter coram legitimo teſtium numero, uno actionis contextu factum & perfectum eſſe, &c. Hiſce omnibus & ſingulis etiam probatis, conuertit ſe ad Replicationem actoris, ſimiliter tria in ea ſpectans: primùm, quæ replicatio ab actore contra exceptionem rei conuenti ſit oppoſita: deinde, an de iure exceptionem excludat: tertiò, an de facto probata ſit. In cauſa propoſita uidet ab actore replicatum eſſe hoc modo: Teſtatricem poſt mortem demùm ſui mariti, cum quo teſtamentum fecerat, id mutaſſe, & aliud feciſſe: quod iure facere non potuerit. Vtrum hæc replicatio de iure exceptionem ſupradictam excludat, poſthæc deliberat iudex. hoc eſt, An mulier, quæ cum marito ſuo teſtata eſt, mortuo marito ſuum teſtamentum amplius mutare nequeat. Hic eſt ſtatus totius negocij, ad quem poſt multa probationum examina tandem deuenitur. Sed fingamus dictam replicationem de iure excludere exceptionem mutati teſtamenti. Conſiderat tūc iudex tertiò, an de facto ea ſit probata. Poſthæc de duplicatione, triplicatione, &c. eadem tria ſpectat. Nam non alia de hiſce, quàm de ſuperioribus, iudicandi ratio uidetur; niſi fortè iudex in hiſce illum iudicandi proceſ-

proceſſum, ob nimiam eius prolixitatem ac moleſtiam ſoleat decurtare. Eſt enim infinitū quiddam ita iudicare, & res immēſi propè laboris, omnium actionū, exceptionum, replicationū, &c. & eorum quæ in iſtis à iure requiruntur probationes, ſimul exigit iudex. Hinc articulati libelli originem traxiſſe uidentur: item articuli defenſionales, replicatorij, duplicatorij, triplicatorij: item reſpōſiones ſingulariter ſingulis, ſcilicet ut in ijs articulis & requiſitis, quæ aduerſarius credit; ponēs probandi onere releuetur. Hinc etiam articuli additionales, additionalium additionales, eliſiui, eliſiuorum eliſiui, probatorij, reprobatorij, interrogatorij generales & ſpeciales, alia item plura articulorum genera fluxerunt. Naſcitur etiam hinc litium incertitudo & immortalitas: ex immortalitate, cumulatio litium ingēs & immenſa. Nam ea ſemper hac in re mea fuit opinio, litium multitudinem infinitā potius ex diuturnitate, quàm hanc ex illa oriri: quanquam uulgò aliter exiſtimatur. Iudex autem intanto articulorum & reſponſionum numero, qui poteſt aliquid certò & conſtanter definire? Sanè nō minus inanis quàm laborioſa & incerta dicta iudicandi ratio uidetur. Nam ſi exceptio, quam reus actori oppoſuit, actionem excludit, ut in ſuperiori exemplo Exceptio mutati teſtamēti actionem ex teſtamento: ad quid (quæſo) proſunt actiones, & omnium eius requiſitorum probationes, & probationū examina? quorſum obſecro prodeſt, probatum eſſe quòd teſtamentum ſit factū, quòd actores hæredes ſint ſcripti, teſtes uocati, quòd teſtator teſtamēti factionē habuerit, quòd actores intra legitimum tempus hæreditatem agnouerint, quòd reus hæreditatē poſsideat, &c. nónne omnia iſtiuſmodi requiſita, omnes omnium requiſitorū probationes, quālibet uarię, multiplices & ſumptuoſę, cum ſua actione, per unicā Mutati teſtamenti exceptionem excludūtur, ac perimūtur prorſus? Simili ratione quorſum pertinent Exceptionis, omniumq; eius requiſitorū probationes, probationumq; examina, cùm Exceptionem ſequens Replicatio excludit & perimit? nónne labores & ſumptus in eas res facti ſimul redduntur inanes omnes? Actorem actionem, reum contra ſuam exceptionem, eiusq; requiſita probare teneri, uerū eſt. nam ſi actor depoſiti agēdo dicit, ſe rem apud reum depoſuiſſe, idq; reus negat: actor utiq; actionem ſuam, hoc eſt, ſe rem apud reum depoſuiſſe, probare tenetur. Similiter, ſi hæreditatē quis petat, reusq; neget ſe eā poſsidere, utiq; actor illud ſuæ actionis requiſitum, quod reus hæreditatē poſsideat, debet probare. Quid autem, ſi reus nō negando, ſed diſtinguendo reſpondeat? concedat quidem, uel ſilentio prætereat factum ex quo agitur, & exceptionem tantum diſtinctionis opponat? dicens, fortè rem depoſitam ſine facto ſuo perijſſe, uel ſe rem reſtituiſſe, uel (ut in ſuperiori exemplo) teſtamentum eſſe mutatum? Hoc caſu dicendum eſt, actorem non actionem ſuam, nō factum ſuū, nec actionis ſuæ requiſita probare teneri: quòd de nullo iſtorum ſit contentio. Eadem dicenda ſunt de Exceptione rei conuenti, ut is eam non aliter probare teneatur, niſi in ea conſiſtat controuerſia. Vt autē actor certam, qua experiri uolet, actionem edere debet: ita quoq; reus certam, in qua ſiſtere uolet, debet opponere exceptionem: qua aut negabit id quod in actione propoſitum eſt, aut diſtinguet. Si diſtinguet, non poterit de actione exiſtere controuerſia. Planè pluribus Exceptionibus uti nō prohibemur, quemadmodum nec plures actiones cumulare: rariſsimè tamen ultra tres actiones cumulantur. In excipiendo igitur, modus quoq; excedendus non eſt: ne cauſam noſtram non tam defendamus, quàm faciamus ſuſpectam. Sed ad ſecundā iudicandi rationem tranſeamus.

De ſecunda iudicandi ratione. Cap. III.

HAc ratione Iudex facti ſpeciē exactis hinc inde collectam ſibi proponit, quid actum uel factum ſit conſiderat: item quis, cui, cum quo, & per quem fecerit: item in qua re, ex qua cauſa, quo modo, quo inſtrumento, quo tempore, quo loco: item quid euenerit, quid anteceſſerit, quid deniq; in ipſo contigerit actu. De hiſce omnibus & ſingulis inquirit, omnes cauſæ angulos nō aliter ac aduocatus, cui Exceptiones & argumenta quærenda ſunt, diligenter perluſtrat. Hinc motum quendam animi concipit, quo uel ad condemnandum, uel ad abſoluendum reum commouetur. Quam actionē intentauerit actor, quam contrà reus exceptionem oppoſuerit, in quo conſiſtat controuerſia, non magnopere curat. Status loco in omni cauſa obſeruat hāc quæſtionem finitam: Vtrum ex propoſita cauſa condemnandus, an abſoluendus ſit reus? quæſtiones infinitas, quibus de genere uniuerſo quæritur, parum attendit, manet in perſonis & temporibus in ſpecie ſpecialiſsima: Quoniam (inquit) ius in cauſa poſitum eſt. Omnis igitur cura eius, in cauſæ circumſtantijs explorandis & conſiderandis conſiſtit. Cùm autem cauſarum circumſtantiæ, earumq; qualitates multiplices & uariæ ſoleant eſſe: pro circumſtantiarum uarietate uariatur ſæpe & animus huius iudicis, & nunc in hanc, nunc in illam inclinat ſententiam: tandem ex incerto quodam animi motu potius, quàm ex certo iure pronūciat: & alius aliter. Apud huiuſmodi iudices maximè locus eſt oratorijs uirtutibus: facilè enim ijs artibus, quas Rhetores de mouendis affectibus tradunt, decipiuntur: quāquam nō dubito hanc in cauſis dijudicandis rationem multis, magnis etiam uiris probari, cùm non poſsit negari ius in cauſa poſitum eſſe, ad quod cognoſcendum omni modo ſit opus cauſæ circumſtantias probè excutere & explorare. Veruntamen mihi (ut liberè fatear) iſta Iudicandi ratio in ordinarijs quidē iudicijs ineptiſsima uidetur. Etſi enim omnes cauſæ circumſtantiæ in iure eius inquirēdo probè perluſtrandæ ſunt, & conſiderandæ: hoc tamen ad Inueniendum ſpectat, nō ad Iudicandum. Omnibus cōſtat, actionis genus competens pro uarietate circumſtantiarū uariari: Exceptiones, Replicationes, Duplicationes, &c. ad defendendā cauſam ex ipſius cauſę circūſtantijs depromi ſolere: Argumenta item, & Probationes, ad confirmandum

dum id quod causæ nostræ prodest, & ad confutandum id quod obest, in ijsdem circunstantijs inueniri. Ergo in circũstantijs causæ latet actio competens: item contra actionem exceptio, contra exceptionem replicatio: item argumenta cõfirmationis & confutationis, in quibus ius causę consistit. Vt ergo ista omnia inueniri queant, necessarium est facti speciem ob oculos habere positam, singulas causæ circumstantias excutere & perlustrare. Nec enim prædicta aliter inueniri possunt, nisi causæ circumstantiæ perlustrentur: nec perlustrare causæ circumstantias alio spectare potest, quàm ad prædicta inuenienda. A quibus autẽ iam dicta inquirenda sunt? à quibus inuenienda? ab aduocatis partiũ, qui causas agendas ac defendendas, quò illa pertinet, susceperunt. Nunquid etiam à iudicibus? nõ. Quôdnam igitur Iudicum munus est? de inuentis ab aduocato & propositis iudicare, unde illis quoq; nomen est. Aduocatorum ergo proprium officium est, facti speciem probè perlustrare, personas, res, causam, locum, tempus, modũ, antecedẽtia item, adiuncta & consequentia considerare, ut actionẽ competentem edãt: ut Exceptiones, replicationes, duplicationes ad causam defendendam, argumenta & probationes ad statum confirmandum inueniãt: & sic ius, quod in causa latet, eruant, in lucem proferãt, proponantq; iudici. Post hæc iudicis subsequitur officium, quod circa inuenta ab aduocatis & in medium adducta uersatur, quo de inuentis & propositis iudex cognoscit, & secũdum acta & probata iudicat: nec opus illi ad hoc est, ad causæ circumstantias respicere: sed ad ea quæ ex circumstantijs desumpta & in mediũ adducta sunt: hoc est, ad exceptiones, replicationes, statuum argumenta & probationes. Cùm ergo duplex sit differendi ratio, altera inueniendi, altera iudicandi: illa quidem aduocatis, hæc uerò iudicibus conuenit: illa enim circumstantias causarum ad inueniendas exceptiones & argumenta explorare: hæc exceptiones & argumenta inuenta in argumentationũ formas redigere, & sic de illis iudicare docet. Quàm igitur uiciosa ex tribus iudicandi rationibus secunda, qua iudex suo officio posthabito aduocatorũ onera subit, seq; immiscet rei ad se non pertinenti, sit existimanda, ex iam dictis constat. Planè in causis extraordinarijs, quarũ ius magis ex arbitrio iudicis quàm ex authoritate legis pendet, hæc iudicandi ratio locum habet, de quare infrà dicetur.

De tertia iudicandi ratione, & de statu indagando. Cap. IIII.

VEnio tandem ad tertiam iudicandi rationem, quæ nõ ut prima infinitas probationes exigit, sed eius tantùm in quo summa controuersiæ cõsistit, & eorum quæ ad hoc probandum adducta sunt: quę item non ut secunda, ad circumstantias causarũ respicit, sed ad ea quæ ex circumstantijs producta sunt, hoc est, ad exceptiones & argumenta: quæ deniq; non ut utraque præcedens nunc huc nunc illuc uagatur: sed in causæ statum oculos figit, ad eum omnia alia dirigit ac digerit acta. Proinde hac ratiõe iudex, antequàm ad probationis examen accedat, statũ causę, hoc est, illud de quo controuertitur, & qđ probandum est, inquirit. Quoniam (autore Fabio) illud est quod & orator præcipuè sibi obtinendum, & iudex maximè spectãdum intelligit: in eo enim causa consistet. Quid autem & quotuplex status sit, nec non quæ sit eius indagandi ratio, alio loco exposui. Hac igitur postrema iudicãdi ratione Iudex primo loco animaduertit, quam actionem intentauerit actor: ubi non tam de actionis nomine est solicitus, quàm de re quę petita est, de causa ex qua est petita, de iure deniq; quo est petita: quibus partibus omnis constat actio. Tria ergo in omni actione primùm inquirit, scilicet quid petitũ sit, ex qua causa, & quo iure. Hæc ob certius iudicium, in formam Syllogismi conijcit. Nam omnis causa ex qua uel agitur uel excipitur, etiamsi longissima narratione uel mille ꝓponatur positionibus, nihil aliud est quàm argumentum, quo uel actor sibi aliquid dari uel fieri, uel reus se absolui debere, probare conatur. De argumento autem certius iudicari nequit, quàm si in formam argumentationis, Syllogismi puta, uel Enthymematis fuerit redactũ. Causam igitur omnem siue actionis, siue Exceptionis, siue Replicationis, siue Duplicationis, iudex in Syllogismum redigere & coarctare potest. Sanè si uel ius uel factum, ex quo uel agitur, uel excipitur, notorium sit? eo omisso, uniuersa uel actio uel exceptio, Enthymematis forma comprehendi potest. Tribus ergo prædictis in actione notatis, ijsq; Syllogistica forma comprehensis, procedit iudex ad exceptionẽ rei conuenti: & utrum ad ea quæ in Syllogismo actionis proposita sunt, responderit reus: an uerò aliqua exceptione dilatoria sit usus, attẽdit: quòd si ad ea quæ proposita sunt responsum uidet, utrum negando an distinguẽdo responsum sit obseruat. Quòd si alterum eorum quæ proposita sunt, negatum est, ibi Statum causæ consistere intelligit: & si quidem maior propositio negata sit, de iure: sin minor de facto controuersiam esse non ignorat. Nam ultra ista duo genera statuum, tertium genus nullum esse, alibi ostendi. Sin autem ea quæ in Syllogismo proposita sunt negata non sunt, sed sub aliqua conditione concessa, distingui hoc dicitur: quo casu status non nascitur. Transit igitur tunc iudex ad Replicationem actoris, prius Exceptione similiter in Syllogismi formam redacta: & rursus, utrum ea quæ in Syllogismo Exceptionis proposita sunt, actor replicando negauerit an distinxerit, attendit: & si quidem altera propositionum negata est, ibi statum causæ notat: sin autem rursus distinctum sit, ista distinctione similiter Syllogismo comprehensa, ulterius eo quo dixi modo ad duplicationem, à duplicatione ad triplicationem progreditur eousque, donec ad aliquid quod ab altero litigatorum affirmatum aduersarius eius simpliciter negauerit, perueniat. Nam ibi statum causæ oriri, alio loco monstraui. Quæ omnia, qualia sint, exemplis declarabo. Causa in iudicium talis deducta est: Titius Sempronio prędium Seianum uendidit precio centum florenorũ: quod precium postea quidam amicus Titij à Sempronio,

nio, Titij nomine exegit: Sempronius falsò credens illi, ut exigeret mandatum à Titio esse, centum florenos ei soluit. Is cui pecunia soluta erat, eam dedit Seio ad Titium uenditorem perferendam. uerùm cùm Seius Titium ex causa legati in centum florenos haberet obligatum, pecuniam compensationis iure retinuit: nihilominus tamẽ Titius uenditi actione ad soluendum sibi preciũ cõtra Semproniũ experitur: diu multumq; disceptatur, aliæ atq; aliæ leges hinc inde allegantur. Concluſa disputatione, superuenit Iudex de causa & disputatione cogniturus: & ut statum controuersiæ de quo in primis inquirere solet, intelligeret, notat primùm in actione centum peti florenos, quæ res est ex causa uenditionis, iure quo emptor uenditori ad soluendum precium tenetur: de quo l. Iulianus. ſ ex uendito. ff. ad action. empti & uenditi. Cùm autẽ ius hoc notorium sit, nec possit ab aduersario negari, totam actionem enthymemate complectitur, hoc modo:

Actor reo prædium centum florenis uendidit. Ergo,

Reus centũ florenos ex causa uenditionis soluere tenetur.

Iam quid ad hæc excipiendo reus responderit, iudex animaduertit. Animaduertit ergo reum, id quod enthymemate propositum est concedere, sub hac tamen conditione: Si non centum floreni essent soluti. Reus igitur excipiẽdo distinguit, quam Exceptionẽ iudex similiter enthymemate complectitur hoc modo:

Reus centum florenos soluit. Ergo,

Reus est liberatus: & per consequens, absoluendus. Quid adhæc actor replicando respondeat, nunc attendit. Sed & hoc enthymema cõcedit sub hac conditione: Si sibi, non alij, sine suo mandato essent soluti. Adhuc nullum statum, nullam litem inter actorem & reum iudex intelligit. Syllogismo igitur & hanc actoris Replicationem complectitur hoc modo:

Si sine mandatu creditoris alij soluitur, solutio debitorem non liberat.

Sed reus sine mandatu creditoris alij soluit.

Ergo, Solutio ista reum non liberat.

Transit posthæc ad Duplicationem rei conuenti, qua nec maior, nec minor propositio negatur à reo. Nam maior manifestissimi iuris est: minorem si negaret, contrarium teneretur probare: quod nõ potest. Adhuc ergo distinguit duplicando, hoc modo: Nisi pecunia alij soluta ad creditorem actoris peruenisset. Nec adhuc status causæ iudici apparet, cùm nihil eorũ quæ hactenus ab utraque parte proposita sunt, negatum sit, sed omnia sub cõditione quadã concessa & distincta. Procedit igitur ad Triplicationẽ actoris, Duplicatione prius in Syllogismũ redacta, hoc modo:

Quando pecunia alij sine creditoris mandatu soluta, ad creditoris seu actoris creditorem peruenit: debitor per solutionem istam liberatur.

Sed hoc casu, pecunia alij soluta ad creditorem actoris Seium peruenit. Ergo,

Debitor Sempronius per solutionem, licet alij sine mandatu actoris factam, est liberatus.

Quid ad hæc Triplicando actor respondeat, iudex nunc animaduertit: negat autem simpliciter actor propositionem maiorem Syllogismi propositi, affirmat eam reus: hic tandẽ lis inter actorem & reum oritur, hic latet anguis in herba, hic status causæ apparet iste: nimirum, Vtrum debitor per solutionem alij sine mandatu creditoris factam liberetur, si pecunia soluta ad creditorem sui creditoris peruenerit? In hac quæstione tota causa consistit: qua decisa, nulla lis, nulla controuersia superest.

De examine probationum. Cap. V.

IAm ergo statu causæ inuento, iudex secundo loco probationũ examen suscipit, & utrũ status causæ satis probatus sit nec ne, perquirit: & quæ sint probationes & disputationes necessariæ, quæ non necessariæ, ex statu causæ metitur. Proinde si quidem de iure cõtrouersia existat, ut controuersia exempli loco proposita quibus legibus & rationibus is cui probandi onus incumbit, ad statum probandũ sit usus: sin autem de facto disceptatio sit, quot & quib. probationibus, utrum instrumẽtis, an testibus, an signis & cõiecturis nitatur, obseruat. Hinc quid ad ea cõfutanda aduersarius proposuerit, notat. Tandẽ probationes & confutationes inuicem librat, & utrum hæ an illæ, ad faciendam fidem, & iudicẽ in hanc uel illã partem mouendum sint graviores, ponderat, argumentis in argumentationum formas redactis. Sanè si quidem in iure cõtrouersia consistat, leges, cõstitutiones & consuetudinem loci sequitur in pronunciando: nec distinguit ubi nõ distinguit lex, etiamsi fortè sua ratio aliud ei suadeat, erubescit sine lege loqui, nec prudentior lege uult uideri, exceptis causis extraordinarijs, in quibus lex nihil certi definit, sed ius iudicis arbitrio definiendum cõmittit, de quo dicetur infrà. Sed & in ordinarijs causis, si quando euidẽs poscit æquitas, certisq; constat argumentis, & casu aliquo simili mentem legis distinctioni propositæ nõ refragari, à uerbis legis quo æquitati subueniat, recedere non abhoret. *a* Sin autem de facto ambigitur, tum quod sibi credibilius uidetur, sequitur, & rectè: cùm facti quidem quæstio n arbitrio iudicantis sit, iuris aũt autoritas non sit. *b* Ius enim certum finitumq; esse & potest & debet: facti autem interpretatio plerunq; prudẽtissimos etiam fallit. *c* In iuris ergo quæstione illud obseruare debet iudex, ne aliter iudicet quàm aut legibus aut cõstitutionibus aut moribus proditum est. *d* In facti uerò quæstione cõfirmabit motum animi sui ex argumentis & testimonijs, quæ rei aptiora & uero proximiora compererit. *e* Nec enim quæ argumenta ad quem modum cuiq; rei probandæ sufficiant, ullo certo modo satis definiri potest. Non ergo ad unã probationis speciem, cognitionem statim alligare debet, sed ex sentẽtia animi sui existimabit quid aut credat aut parum probatũ sibi opinetur. *f* Planè quod sit officiũ iudicis in causis dubijs & obscuris, de eo collegi aliquot iuris regulas, quas licet uidere lib. 2. Methodi, cap. 25.

a l. etsi nihil. ff. de regiuris.

b l. ordine. ff. ad municipalem. & l. j. § calumniat. ff. ad senatusc. Turpilli.

c l. ius omne. ff. de iuris & facti ignor.

d Inst. de officio iudicis. in prin.

e l. ob carmen. ff. de testibus.

f l. testiũ fides. §. eiusdem. ff. de testibus.

Omnes controuersias ad uniuersi generis uim ac naturam referendas. Cap. VI.

TOta ergo postrema iudicandi ratio, in hisce duob. consistit: Primò, in statu causæ indagando: deinde, in examinandis probationibus.

Proba-

Probationum uerò examen consistit in notandis primò probationibus, deinde confutationibus aduersus eas adductis, postremò in utrisque inuicem librandis. Status autem causarum & aliæ quæstiones, non in personis, nec in temporibus, sed generaliter extra causæ circumstantias considerandæ sunt. Exempli gratia: Titius Sempronio ædes suas uendidit, uenditas emptori tradidit: emptori postea de ijs, precio nondum soluto, à tertio quodam dominij quæstio mouetur. Titius uenditor nihilominus uenditi actionem ad soluendum sibi precium intendit, offerens idoneam de euictione ædium cautionem. Causa actionis est uenditio, quam reus nó inficiatur, sed opponit. Controuersia, quæ sibi de ædibus à tertio mota est, pendente se ad precium soluendum non teneri. Actor replicat, Nisi idoneam cautionem de euictione præstanda ipse offerret. Reus contrà dicit, ne hoc quidem casu se teneri: lis oritur non tam de præsenti causa, quàm de genere uniuerso. Quanquam enim status seu quæstio fortasse sic formabitur: Vtrum Sẽpronius, cui de emptis ædibus dominij quæstio mouetur, Titio actori eo casu quo idoneam de euictione præstanda cautionem offert, precium de quo conuenit soluere teneatur, nec ne? tamen nec Titij nec Sempronij, nec ædium uenditarum consideratio ad hanc quęstionem decidendam quidquam ualet, sed uis totius quæstionis est in genere uniuerso: Vtrum scilicet emptor, cui de re empta dominij quæstio mouetur, uenditori, qui idoneam de euictione cautionem offert, uẽditi actione ad soluendum precium teneatur, nec ne? Iudex ergo in decidendis huiusmodi quæstionibus nõ ad personas, nec ad tempora respiciet, sed ad genus uniuersum. Quæ ne fortè alicui uel nimium obscura, uel parum probabilia uideantur, hac de re locum ex lib. 2. Ciceronis de Oratore, subijciam. Ex isto enim loco & postrema hæc iudicandi ratio confirmatur: & secunda, quæ contrarium obseruat, refellitur.

Verba Antonij apud Ciceronem libro 2. de Oratore. Cap. VII.

Atq; hic illud uidendum est (inquit apud Ciceronem Antonius) in quo summus est error istorum magistrorum, ad quos liberos nostros mittimus: non quòd hoc quidem ad dicendum magnopere pertineat, sed tamen ut uideatis quàm sit genus hoc eorum qui sibi eruditi uidentur, hebes atque impolitum. Constituunt enim in partiendis orationum modis duo genera causarum: unum appellant, in quo sine personis atq; temporibus de uniuerso genere quęritur: alterum, quod personis certis & temporibus definiatur: ignari, omnes controuersias ad uniuersi generis uim & naturam referri. Nam in ea ipsa causa, de qua antè dixi, nihil pertinet adoratoris locos Opimij persona, nihil Decij. de ipso enim uniuerso genere infinita quæstio est: Num pœna uideatur esse afficiendus, qui ciuem aliquem ex senatusconsulto patriæ conseruandæ causa interfecerit, cùm id per leges non liceret. Nulla denique est causa, in qua id quod in iudicium uenit, ex reorum personis, ac non gene rum ipsorum uniuersa disputatione quæratur: quinetiam in ijs ipsis, ubi de facto ambigitur, Cęperit ne contra leges pecunias P. Decius, argumenta & criminum & defensionis reuocentur oportet ad genus & ad naturá uniuersam: quòd sumptuosus, de luxuria: quòd alieni appetens, de auaricia: quòd seditiosus, de turbulentis & malis ciuibus: quòd à multis arguitur, de genere testium. contraq; quæ pro reo dicentur, omnia necessariò à tempore atque homine ad communes rerum & generum summas reuoluentur. Atque hæc forsitan homini non omnia quæ sunt in natura rerum celeriter animo comprehẽdenti, permulta uideantur, quæ ueniant in iudicium, tum cùm de facto quæratur: sed tamen criminum est multitudo, non defensionum aut locorum, infinita. Quæ uerò cùm de facto nó ambigitur, quæruntur qualia sint: ea si ex reis numeres, & innumerabilia sunt, & obscura: si ex rebus, ualde & modica & illustria. Nam si Mancini causam in uno Mancino ponamus, quotiescunq; is quem pater patratus dedidérit, receptus non erit, toties causa noua nascetúr: sin illa controuersia causam facit, Videatur ne ei quem pater patratus dederit, si is nõ sit receptus, postliminium esse: nihil ad artẽ dicendi, nec ad argumenta defensionis Mãcini nomen pertinet. At si quid adfert præterea hominis aut dignitas, aut indignitas, extra quæstioné est: & ea tamen ipsa oratio ad uniuersi generis disputationem referatur necesse est. Hæc ego non eo cõsilio disputo, ut homines eruditos redarguam: quanquam reprehendendi sunt, qui in genere definiendo istas causas describunt in personis & temporibus positas esse. Nam etsi incurrunt tempora & personæ, tamen intelligendum est non ex ijs, sed ex genere quæstionis pendere causas. Sed hoc nihil ad me. Illud ad me, ac multo etiam magis ad uos, Cotta noster & Sulpiti: quomodo nunc se istorum artes habent, pertimescenda est multitudo causarum: est enim infinita. Si in personis ponitur, quot homines, tot causæ: sin ad generum uniuersas quæstiones referuntur, ita modicæ & pauce sunt, ut omnes eas diligẽtes & memores & sobrij oratores percursas animo & propè decantatas habere debeant, nisi fortè existimatis à M. Curio causam didicisse L. Crassum, & ea re multum attulisse, quamobrẽ posthumo non nato, Curium tamen hæredem Coponij esse oporteret. Nihil ad copiam argumentorum, neque ad causæ uim ac naturam nomen Coponij ac Curij pertinuit: in genere erat uniuerso rei negocium, non in tempore ac nominibus omnis quæstio, cùm scriptum ita sit: Si mihi filius gignitur, isq; prius moritur, &c. tunc ut ille mihi sit hæres: si natus filius non sit, uideatúrne is qui filio mortuo institutus hæres sit, hæres esse: perpetui iuris & uniuersi generis quæstio, nõ hominum nomina, rationem dicendi & argumentorum fontes desiderat: in quo etiá isti nos iurisconsulti impediunt, à discendo q; deterrẽt. Video enim in Catonis & Bruti libris nominatim ferè referri, quid alicui de iure uiro aut mulieri responderint. Credo ut putaremus in hominibus, nõ in re, cõsultationis aut dubitationis causam aliquam fuisse, ut quòd homines essent innumerabiles, debilitati à iure cognoscẽdo uoluntatem

luntatem discendi, simul cũ spe perdiscendi abijceremus, &c. & paulo pòst: Huius quidem loci, quẽ modò sum exorsus, hic est finis (inquit Antonius) quoniam intelligitur, non in hominum innumerabilib. personis, neq; in infinita temporum uarietate, sed in generum causis atq; naturis omnia sita esse, quæ in dubium uocarentur: genera autem esse definita non solùm numero, sed etiam paucitate, &c. Hactenus uerba Antonij apud Ciceronem.

Effectus tertiæ & postremæ iudicandi rationis. Cap. VIII.

POrrò ex ijs quæ hactenus dicta sunt, appáret, Iudicem, qui tertiam in iudicando rationem sequitur, non prolixas nec artificiosas orationes, nec item articulatos libellos, & ad singulos articulos respõsiones desiderare: nec Rhetorum artibus, quibus ad affectus hominum mouendos uti solẽt, commoueri. Nam recto iudicio hic Iudex cognoscit, non ex uano quodam animi motu, Actionem tribus (quod aiunt) uerbis cõplectitur, quid petitũ sit, ex qua causa, & quo iure notat. Syllogismum uel Enthymema ex hisce cõficit: omnia alia in libello actionis proposita, quæ Syllogismus uel Enthymema illud non capit, iudex non aliter curat, quàm ad exponendum tantùm & declarandum, non ad argumentandum, nec ad fidem faciendam pertinentia. Eandem in exceptione, replicatione, duplicatione dijudicanda rationẽ obseruat: ad illud unum, in quo summa controuersia consistit, properat: iuxta illud reliqua omnia dirigit ac disponit: ex illo, quæ uel ad causam pertinẽtia uel impertinentia sint, metitur: quæ ad illud non tendunt, tanquam superflua & impertinentia respuit. Desiderat ergo hic Iudex, ut actor causam ex qua agit, narratione breui, probabili & perspicua exponat: hinc quid ex ea uelit, inferat: interdum etiam ut ius quo agit, si id obscurius sit, libello inferat. Posthæc, ut reus similiter suam proponat exceptionem, actor rursus suam replicationem, &c. apparente tandem statu desiderat, ut is cui eius probandi onus incumbit, suas leges, suas probationes, instrumenta, testes, &c. sine uerbosa commendatione producat: ut ex aduerso aduersarius rationes, suas, si quas ad confutandas probationes habet, breuiter proponat. In examinandis quoque testibus non exigit plures articulos probatorios, nec interrogatorios generales uel speciales sibi præscribi. Vnum illum articulum, qui controuersiæ caput est, probandum: & si quæ signa ad illum probandum allegata probatione indigent, testibus proponit, de ijs testes ipse interrogat: scit pro sua prudentia, etiam non admonente aduersario, de omnigenis facti circumstantijs testes interrogare, ut utrum uerum an falsum deponant, conijciat. Hanc iudicandi rationem, omnium uerissimam puto.

De causis extraordinarijs, & officio iudicis. Cap. IX.

SEd dicta quidem tertia iudicãdi ratio in causis atq; iudicijs ordinarijs maximè locum habet: in causis autem extraordinarijs, & quarum ius magis ex arbitrio iudicis, quàm ex legũ authoritate pendet, secunda iudicandi ratio maximè conuenit. Nam quamuis iudex regulariter non aliter iudicare debeat quàm legibus proditum est, *a* nec iuris autoritas in eius sit potestate: *b* tamen non rarò lex suam autoritatem iudici cõcedit: ut in extraordinarijs criminibus. Nam ei qui extraordinariè de crimine cognoscit (ait Vlpianus) quam uult sententiam ferre licet, uel grauiorem uel leuiorem, &c. *c* In hisce ergo iudex debet considerare causam facti, personam, locum, tempus, qualitatem, quantitatem & euentum. *d* Idem obseruandum iudici in mercedibus & salarijs cõstituendis, de quibus ei suo arbitrio ius dicere permissum est: de qua re tractátur in titulo de extraordin. cognit. In honorarijs aduocatorum (inquit eo loci Vlpianus) ita uersari debet iudex, ut pro modo litis, proq; aduocati facundia, & fori consuetudine, & iudicij in quo erat acturus, æstimationem adhibeat. *e* Similiter respondit Scæuola: Ex personis causisq;, eum cuius notio sit æstimaturum, an actio danda sit & salarium debeatur. *f* Ad arbitrium quoque iudicis pertinet, quoties lex quid non simpliciter, sed causa cognita statuit, iubet, uetat uel permittit fieri. Vt cùm impuberi, cui controuersia fit an inter liberos sit, iubet causa cognita bonorum possessionem dari, & iudicium in tempus pubertatis differri. *g* Hoc autem prætori diligentissimè examinandum est (inquit Vlpianus) an expediat pupillo repræsentari cognitionem, an potius in tempus pubertatis differri: & maximè hoc inquirere à cognatis, matre, tutoribus q; pupilli debet. finge, esse testes quosdam, qui dilata controuersia aut mutabunt cõsilium, aut decedent, &c. *h* Eadem ratio est in omnibus causis quæ ex officio iudicis dependent, & in quibus iudex nihil nisi causa cognita decernere potest: ut sunt causæ in integrum restitutionis minorum, quæ non nisi causa cognita indulgenda est, & officio iudicis expeditur. *i* Sed & omnes in integrum restitutiones, non nisi causa cognita permittuntur. *k* Dilationes quoque amplius quàm semel dari lex uetat, causa tamen cognita. *l* De dolo quoque actionem non aliàs se daturum Prætor pollicetur, nisi causa cognita: Si iusta causa esse uidebitur, inquit. *m* Interdum etiam non passim, sed cum causæ cognitione uenter in possessionem mitti debet. *n* In hisce ergo atque similibus, officium atq; arbitrium iudicis regnat, respiciendumq; est iudici ad circumstantias negocij: & ita quod ei iustum æquumq; uidetur, ab eo decernendum. Planè quoties in lege non est adiectum Causa cognita, sine causæ cognitione causa determinanda est: hoc est, non ex arbitrio iudicis, sed ex dispositione legis. *o* Ad hæc cum lex in sua dispositione tempus dicit, nec adijcit diem, sine dubio (inquit Vlpianus) ostendit esse in ius dicentis potestate, quem diem præstituat. *p* In transactionibus quoq; alimentorum iudicis arbitrium uersatur: *q* item in aliena tionibus rerum minorum, *r* & decurionum: *s* & in summa, in omnibus causis atq; negocijs, in quibus decreti interpositio est necessaria. Nam in hisce omnibus, circumstantiæ diligenter à iudice perpendendæ sunt, & ita quod ei bonum iustumq; esse uidetur, decernẽdum: ut in trãsactio-

a Inst. de officio iudicis. in prin.
b l. 1. §. 1. ff. ad senatusc. Turpil. & l. ordine. in prin. ff. ad municipalẽ.
c l. 13. ff. de pœnis.
d l. 16. in pri. ff. de pœnis.
e l. 1. §. in honorarijs. ff. de extraord. cognit.
f l. fin. §. fin. ff. de obligat. & actionibus.
g l. 1. in prin. & l. 3. §. duæ. ff. de carboniano edicto.
h l. 3. §. duæ autem. ff. de carboniano edicto.
i l. 11. §. sciendum. & l. 13. §. causa autẽ cognita & l. 24. §. fin. ff. de minorib. 25 annis.
k l. 3. ff. de in integr. restitution.
l l. 7. l. 10. ff. de feriis.
m l. 1. in pri. & l. 9. §. fin. ff. de dolo malo & l. 2. C. eod. tit. n l. ubicunq;. §. 1. ff. de uent. in poss. mit.
o d. l. ubicunque. §. 1. & l. 15. §. prætor ait fi. ff. de in iur.
p l. 1. §. 1. ff. de in ius delib.
q l. 8. in prin. ff. de trãsact.
r l. 1. §. 1. ff. de reb. eorũ qui sub tutela.
s l. 1. C. de præb. dcus

R ne ali-

ne alimentorum, in primis quæri debet de causa trásactionis: utputa, quia fortè alibi domicilium habet hęres, alibi alimentarius, aut si causa aliqua præsentis pecuniæ urgeat, &c. deinde quærendũ de modo pecuniæ, quæ in transactionem uenit, ut quantitas transactionis æstimanda, &c. tertiò de personis transigentium, ut cuius uitæ sint, hi quibus alimenta relicta sunt, &c. in quibus etiam facultatibus sit is quo relicta sunt, cuius propo-

g l. 8. §. vult igitur cum sequẽt. ff. de transact.

sîti, cuius opinionis, &c. *a* Pertinent etiam huc facti quæstiones, quoniam & ipsæ in iudicantis arbitrio positæ sunt. *b* Proinde inquit Callistratus: Testiũ fides diligenter examinãda est. Ideoq; in persona eorum exploranda erunt in primis conditio cuiusq;, utrum decurio an plebeius sit, & an honestæ & inculpatæ uitæ, an uerò notatus & reprehensibilis, an locuples uel egens sit, ut lucri causa quid facilè admittat: uel an ei inimicus sit aduersus quem testimonium fert, uel amicus

b l. 1. §. 1. ff. ad senatusc. Turp. & l. ordinem. in prin. ff. ad municip.

c l. 3. in prin. ff. de testib.

ei pro quo testimonium dat, &c. *c* In hisce ergo & huiusmodi alijs causis & quæstionibus quæ totæ ex arbitrio & officio iudicis dependent, locũ habet suprà dicta secunda iudicandi ratio. Porrò quoniam in huiusmodi causis de omnigenis circumstantijs & negocij qualitate, ut ex suprà allegatis locis patet, inquirendum est: per libellum, hoc est per scripta eæ expediri nequeunt. Nam necesse est, ut iudex ipse præsens præsentem audiat, & pro sua prudentia, ea quæ inquirẽda sunt, inquirat. Vnde D. Hadrianus Iunio Rufino pro consuli Macedoniæ rescripsit, testibus se, non testimonijs crediturum, hisce uerbis: Quòd crimina obiecerit apud me Alexander Apro, & quia non probabat, nec testes producebat, sed testimonijs uti uolebat, quibus apud me locus non est (nam ipsos interrogare soleo) ipsum remisi ad Prouinciæ præsidem, ut is de fide testium quære

d l. 3. §. idem diuus. ff. de testib.

ret. *d* Quæ non solùm in facti quæstione locum habent, sed & quotiescunq; decreti interpositio necessaria est, & causæ cognitio desideratur, obtinent. Hinc Vlpianus ait: Vbi decretum necessarium est, per libellum id Proconsul expedire non potest. Omnia enim quæcunq; causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt. *e* Insuper cùm ius causæ iudicis arbitrio decernendum à lege committitur, credendum est illi, hoc non simpliciter, sed cum quodam temperamento commissum esse. Nam licet ei qui extraordinariè de crimine cognoscit (inquit Vlpianus) quam uult sententiam ferre uel grauiorem, uel leuiorem: ita tamen, ut in utroq; modo rationem non excedat. *f* Idem Vlpianus alibi dicit: In honorarijs aduocatorum ita uersari iudex debet, ut pro modo litis, &c. æstimationem adhibeat: dummodo (inquit) licitum honorarium quantitas non egrediatur. *g* Item cùm prætor se tempus daturum pollicetur, nec adiecit diem: est quidem in ius dicentis potestate quem diem præstituat, pauciores tamen centum dierum (inquit Paulus) nõ sunt dandi. *h* Quoties igitur lex ius causæ iudicis arbitrio definiendum mandat, de boni uiri arbitrio intelligendum est. *i* In summa, iudex qui huiusmodi causis arbitrarijs additus est, æquitatem ante oculos habere debet. *k* Sanè huiusmodi causarum cognitiones magis

e l. 9. §. 1. ff. de officio proconsulis. & l. omnia. ff. de reg. iuris.

f l. 13. ff. de pœnis.

g l. 1. §. in honorarijs. ff. de extraord. cognit.

h l. 2. ff. de iure deliberandi.

i Argumento l. in personam. ff. de reg. iur. l. si societatem §. fin. ff. pro socio. l. si libertus. ff. de operis libertorum. l. illa uerba. ff. de uerbor. significa. item si in lege. in prin. ff. locati.

k l. 4. §. fin. ff. de eo qui certo loco.

imperij sunt quàm iurisdictionis: ideoq; magistratibus municipalibus non permittuntur, *l* sed prætori, uel præsidi. Vnde Paulus Iurisc. dicit: Vbicunq; causæ cognitio est, ibi Prætor desideratur. *m* Et Vlpianus dicit: Si fortè duretur non caueri, ut possidere liceat, quod causa cognita fieri solet, non duumuiros, sed prætores uel præsides permissuros. *n* Hæc de causis extraordinarijs.

l l. ea quæ. ff. ad municipalem.

m l. ubicũq;. ff. de reg. iuris.

n l. 2. §. si fortè. ff. de damno infecto.

De ijs quæ ipso iure nulla sunt.
Cap. X.

PLanè in ordinarijs quoq; causis licet quandoq; iudici non disputationes aduocatorũ, nec statum causæ in iudicando spectare, sed ipsius causæ circumstantias & qualitatem. Vtputa, si actio intentata uel exceptio opposita ipso iure non ualet. Nam tunc etiamsi eius aduersarius excipiendo non fecerit mentionem: iudex tamẽ istiusmodi actionem & exceptionem ex officio potest reijcere, & sic præter acta & probata pronunciare. Ipso iure autem non ualet actio, quæ per se sine actionis uel exceptionis adminiculo nulla est. Idemq; de exceptione quæ ipso iure nõ ualet, est dicendum. Nam ea quæ inter homines uitiosè, & contra iuris formam, siue in iudicijs, siue extra geruntur, aut per se nulla sunt, & ipso iure non ualere dicuntur: aut sunt annullanda, uel per modum actionis, uel exceptionis ope. Per modum quidem actionis annullanda sunt ea, quæ à minore uigintiquinque annis sunt gesta. Nisi enim in ijs minor in integrum restitutionem petierit, ualet quod actum est. Nam si per Te sine restitutionis auxilio nulla essent, Prætor minori auxilium illud non dedisset. *o* Similiter cùm iudex quid quasi factum, quod factum non est, pronunciauit, sententia ipso iure ualet: *p* estq; annullanda per appellationem: quę si fuerit omissa, sententia in rem transit iudicatam, & pro ueritate accipitur. *q* Planè quoties contra leges & constitutiones pronunciatum est, sententia ipso iure sine appellationis auxilio nulla est: *r* cuiusmodi sententiæ plures enumerãtur ff. tt. quæ sent. sine appel. rescin. & C. quando prouoc. nõ est necesse. Exceptionis autem ope annullanda sunt: ut si quis metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapsus, stipulanti promisit, quod promittere non debuerat: nam palàm est, ipso iure hunc obligatum esse, estq; actio qua intenditur illum dare oportere efficax. Ideoq; ad annullandã eam actionem exceptio Quod metus causa, aut Doli mali, aut In factum est necessaria. Itẽ, si debitor *s* pactus sit cum creditore, ne à se pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet: & efficax est contra eum actio, quæ per exceptionem pacti cõuenti est annullanda. *t* Ad eundem modum pactus ne peteret, postea conuenit ut peteret. Exceptio prioris pacti per pactum posterius elidetur, non quidem ipso iure, sed replicatione. *u* Æquè si debitor creditore deferente iurauerit, nihil se dare oportere, adhuc obligatus manet, sed per exceptionem iurisiurandi defenditur. *x* Sanè si pupillus sine tutoris autoritate iusiurandum detulerit, exceptio quidem obstabit, sed replicatione annullabitur. *y* In hisce atq; similibus quæ quidem non per se nulla sunt, sed uel per actionẽ uel per

o l. 16. in pr. ff. de minor. 25 annis.

p l. 25. ff. de statu hom.

q l. 1. C. de his qui per metum iud. non app. & l. 32. ff. de re iudic.

r l. 19. ff. de appell.

s Inst. de except. in prin. & l. penult. C. de mut. stipul.

t Inst. de except. §. præterea debitor.

u l. si unus. §. pactus. ff. de pactis.

x Inst. de except. §. æquè si.

y l. iusiurandum §. 1. ff. de iureiuran.

uel per exceptionem annullanda, iudex officium suum nisi imploratum interponere nequit: nec id quod defuit aduocatis partium, potest supplere, ut ex locis prælligatis cõstat. Quoties autem qui per se sine actione uel exceptione nullum est, iudex id etiamsi de nullitate eius aduersarius nõ exceperit, ex officio potest reijcere. Vt si ius ex quo uel agitur, uel excipitur, nullũ est: puta, Vindicat quis rem aliquam ex hac causa, quòd solenibus pensionibus rei pro alio satisfecerit. nam ex hac causa dominiũ rei nullo iure nobis acquiritur. *a* Sic ipso iure non ualet exceptio, Si quis contra ui bonorum raptorum actionem opponat: Vnam tantùm rem, eamq; minimã se rapuisse. Nam *b* ista exceptio à iure reprobata est. Item si quis contra fratrem hæreditatem patris ab intestato petentem excipiat, eum in potestate morientis patri non fuisse. Nam licet hæc exceptio iure ciuili olim introducta fuerit, iure tamen prætorio postmodum est sublata. *c* Adhæc non rarò genus causæ, ex quo uel agitur, uel excipitur, ipso quidem iure subsistere uidetur, sed reuera propter aliquam facti circumstantiam causa ipso iure nulla est. puta, pupillus cum aliquo sine tutoris autoritate contraxit, ex quo contractu si conueniatur: dicendum est, actionem ipso iure non ualere: quia pupillus sine tutoris autoritate non obligatur. *d* Similiter si mulier pro alio publico instrumento à tribus testibus subscripto non interueniente interceſſerit: etiam Exceptione senatusconsulti Velleiani non opposita, actionem contra eam iudex denegabit. *e* Interdum etiam eius persona qui in iudicio postulat, talis est, ut uel remissa aduersus eius personam exceptione, à iudicij limine is sit repellẽdus. Nam quos prætor apud se postulare prohibet (inquit Caius) omnimodo prohibet, etiamsi aduersarius eos postulare patiatur. *f* Vnde Vlpianus: Milites nec si uelit aduersarius (inquit) procuratores dari possunt. *g* In re quoq; petita, & in iudicium deducta, iudex officium suum, etiam non petitum aliquando impertit: ut licet uidere l. fin. ff. de petit. hæred. ubi Scæuola respondit: Etsi non excipe-

a l. 25. C. de rei uend.

b Inst. ui. bonor. rapt. §. 2.

c Inst. de hæred. quæ ab intestat. §. emancipati.

d Inst. de autor. tut. §. 1. & l. 16. in pri. ff. de minor. 25 annis.

e l. antiquæ. §. fin. C. ad senatusc. Velleii.

f l. 7. ff. de postulando.

g l. 8. §. fin. ff. de procuratoribus.

retur, satis per officium iudicis consuli. Proculus quoq; ait: Si tibi decem dedero, sic ut nouem debeas, non amplius te ipso iure debere quàm nouem. *h* Propter tempus quoq; actio & appellatio aliquando ipso iure nulla est, & officio iudicis reijcienda: ut si appellans per negligentiam intra legitimum tempus non appellauerit, uel apostolos non petierit, appellatio deserta est, & ipso iure nulla, ut etiam desertionis exceptione omissa, iudex eam admittere non debeat. *i* quo iure utuntur in iudicio Cameræ. Propter has itaq; & alias similes causas, actio ipso iure nulla dicitur, potestq; iudex contra eam etiam Exceptione nõ opposita, ex officio pronũciare: & sic quod deest aduocatis partium, supplere ex l. 1. C. ut quæ desunt aduoca. part. iud. sup. Quod similiter de Exceptione, replicatione, duplicatione, &c. ipso iure nulla, intelligendum est. Planè si actio uel exceptio ipso quidem iure consistit, de facto autem probata non sit, non potest iudex in hoc quod deest supplere, etiamsi ei aliter quàm probatum est constet. Nam non debet secundum id quod ei constat, sed secundum id quod probatum uel nõ probatum est, pronunciare: uel si conscientiam suam grauare nolit, in totum ab ista causa abstinere: quæ est communior Doctorum opinio. Quando autem iudex non petente aduersario officium suum impertire potest, non semper ad id impertiendum tenetur. Nam non quidquid in dicis potestati permittitur (inquit Papinianus) id subijcitur iuris necessitati. *k*

h l. rogasti. §. si tibi decem. ff. si certum petatur.

i c. fi appellatione. Clement. de appellationib.

k l. 4. e. ff. de iudicijs.

R 2

FINIS.

PARADOXA NICOLAI VIGELII.

I.

OMNIS CAVSA EX QVA *uel agitur uel excipitur, in tria uerba contrahi & potest & debet in iudicando.*

CAusæ appellatio in Iure duo significat: primò casum ex quo & actionem suam sumit actor, & reus suâ sumit exceptionem: utputa, Testamentum contra regulas iuris fecit Seius miles, Titio hærede instituto: testator post biennium quàm dimissus erat, decedit, non mutato testamento. Quæritur, an scripto hæredi ex eo testamento competat hæreditas? Hic casus priore significatione, causæ appellatione continetur: ex qua Titius agit, reus excipit, actor rursus replicat, & duplicat rursus reus. Nam Titius agit ex testamento, quòd in eo hæres scriptus sit: excipit reus ex modo quo factum est testamentum, scilicet, Quia cõtra regulas iuris factum est, actori ex eo actionem dandam non esse. Replicat actor: Si non esset testamentum militare. Duplicat reus: Si intra annum post missionem decessisset testator miles. Hæ rationes singulæ ex quibus agitur, excipitur, replicatur, duplicatur, posteriore significatione causæ appellatione continentur, seq; ad casum habent, quemadmodum se partes ad totum: quoniam ex ipso casu sumũtur, casus q; ex illis constat. Causa ergo posteriore significatione sumpta, tribus (quod aiunt) uerbis constat, hoc est (ut Dialectici dicunt) subiecto, prædicato, & προσκατηγορημένῳ. Vt in superioribus exemplis Actionis causa cõstat hisce uerbis, Titius testamento hæres scriptus est. Causa Exceptionis hisce: Testamentum contra regulas iuris est factum. Causa Replicationis hisce: Testamentum est militare. Duplicationis causa hisce: Sed testator post missionem, intra annum non decessit. Nam extra controuersiam est, quòd omnis causa ex qua uel agitur, uel excipitur, nihil aliud sit quàm argumentum, quo uel actor sibi aliquid dari uel fieri, uel reus se absolui debere conatur probare. Omne autem argumentum nuda constat propositione. nec refert quòd copiosius exponi & amplificari possit: quod utiq;, præsertim in causis forensibus, faciendum est. Nam debent ij qui rem aliquam disputandam & dijudicandam proponũt, in principio rem ipsam definire & declarare, ut sciatur quæ qualisq; res disputanda sit. Nam qui hanc thesin proponit disputandam, Per acceptilationem tolli obligationem: certè priusquam ad disputationem perueniatur, debet definire quid sit acceptilatio, & quomodo fiat, ad exemplum Inst. quib. mo. tol. oblig. §. item per acceptil. Item qui proponit hãc thesin, Capitis diminutione ius adgnationis perimi: ei necesse est capitis diminutionem describere, ut sciatur quid ea sit, ad exemplum Inst. de leg. adgna. tut. §. fin. cum tit. seq. Cuiusmodi definitiones ac descriptiones, thesin & argumentum propositum non confirmant, sed declarant saltem. Omnis enim quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio (Cicero inquit) debet à definitione proficisci, ut intelligatur quid sit id de quo disputetur. Eadem autem in causis quæ in thesibus disputandis ratio est. Nam qui aliquam causam in iudicio proponit, & si tribus (ut dixi) uerbis, quemadmodum aliud quoduis argumentum, proponi possit: tamen copiosius ea exponenda est, nec solùm quid factum sit, sed & quis fecerit, cui, cum quo, per quem, ex qua causa, in qua re, quo loco, quo tempore, & quomodo factum sit, &c. est indicandum, resq; quæ petitur designanda: non quidem quòd uel singula singulariter disputanda sint, uel iudici ad singulas huiusmodi circumstantias in iudicando respiciendum (nam eam iudicandi rationem extraordinarijs tantùm causis, non etiam ordinarijs competere, alio loco dixi) sed ut causa & aduersario & iudici fiat nota: illi quidem, ut ad quam causam sibi respondendum sit: *a* huic uerò, ut de qua causa sibi sit iudicandum, sciat. Nam hîc est proprius narrationis finis, in causis præfertim ordinarijs, ut scilicet causa nota atque perspicua fiat: quanquam licet etiam narrãdo, causam probabilem facere atq; amplificare, ea etiam quæ ad mouendum iudicem spectant adhibere: præsertim apud iudicem indoctum, qui magis in certo quodam animi motu ad pronunciandum rapitur, quàm ducitur ratione. Nam docti & sapientes, huiusmodi uerborum ampullas & lenocinia non curant, nec ijs flectuntur. etsi enim eloquentia res est præclarissima, quæ animos hominum, quò uelit, rapere possit, & stultis quiduis persuadere: ea tamen uiri sapientes non mouentur. Hi enim res, non uerba curant: nec uano animi motu, sed ratione ducuntur. Exemplum eius nobis exhibet Hannibal ille Carthaginensis, uir in re militari sapientissimus: apud quem cùm quidam orator senex ac facundus de rebus bellicis satis ornatè peroraret, adeò ut cæteri qui aderant admirarentur omnes: Hannibal dixit, Se multos quidem senes uidisse delirãtes, sed qui magis deliraret illo, se uidisse neminem: quòd plurib. uerbis apud se diceret de rebus, quarum longo usu factus esset peritissimus. Ita fruſtrà uerborũ ampullis & iuris allegationibus quamlibet infinitis, quis conatur in errorem rapere iudicem, iuris & iudicandi rationis non imperitum.

a l.1. in prin. ff. de edend.

II.

De actione & exceptione rectius iudicari nequit, quàm si ea in formam syllogismi uel enthymematis redigatur.

DVplicẽ differendi rationẽ Dialectici præscribunt: alterã inueniendi, alterã iudicandi. prior, uiam ad inuenienda argumenta monstrat: posterior, de argumentis inuentis docet iudicare, per modũ scilicet argumentationis, syllogismi puta, uel enthymematis. Omnis autẽ causa, ex qua uel agitur uel excipitur, argumentũ est, & probabile inuentum ad faciendã fidem. Nam qui agendo rem aliquã sibi deberi dicit, probat id huiusmodi argumento: quia mutuò dederit, uel deposuerit, uel emerit, &c. Itẽ, qui excipiendo dicit se absoluendũ, probat id hoc argumento: quia soluerit, uel res sine suo facto perierit, &c. Iudex igitur qui de huiusmodi causis actionum & exceptionum rectè iudicare uolet, debet eas in syllogismũ, uel enthymema saltem redigere: & tũc singulas propositiones cõtemplari: & si quidem maiorem propositionem nullo iure subsistere intellexerit, poterit istam actionem uel exceptionem, etiam antequam aduersarius ad eam respondeat, ex officio repellere: ut suprà de Ratione iudicandi, capite ultimo, ostendi. Quòd si alteram propositionem ab aduersario negatam uidet, ibi quæstionem oriri, & controuersiam existere notabit. Sin autem nihil eorum quæ proposita sunt ab aduersario sit negatum, sed omnia sub conditione quadam concessa atque distincta: distinctionem istam similiter in argumentationis formam rediget: deq; ea, eodẽ quo iam dixi modo, iudicabit.

III.

Ad omnem actionem & exceptionem propositam apertius ab aduersario responderi nequit: quàm aut negando uel factum, uel ius propositum, aut distinguendo.

QVoniam (ut paulo antè dixi) omnis causa ex qua uel agitur uel excipitur, nihil aliud est quàm argumentum, & in syllogismi uel enthymematis formam redigenda: rectius & apertius ab aduersario ad eam responderi non potest, quàm si ea in syllogismi formam redacta negetur, uel maior propositio quæ ius actionis & exceptionis continet, uel minor quæ factum continet, aut distinguatur: siquidem (ut uulgaris Dialecticorum regula est) omnis argumentatio soluitur aut negãdo eo quod propositum est, aut distinguendo. Exempli gratia: Agit Seius ad recuperandum feudum antiquum, à patre suo alienatum. Huius actionis forma talis est:

Quando pater feudum antiquum alienat, filio id reuocare iure feudali est permissum.

Sed Titius pater actoris feudũ antiquum aliẽhauit reo. Ergo:

Actori filio id à reo reuocare est permissum. Et per consequens, reus ad id restituendum tenetur.

Ad hanc actionem reus respondens, aut negabit uel maiorem propositionẽ syllogismi propositi, uel minorem: aut distinguet. Distinguet fortè sic: Nisi filius tempore alienationis nondũ fuerit natus, quę distinctio similiter in syllogismi formam redigenda est, hoc modo:

Quando feudo antiquo alienato filius tempore alienationis nondum fuit natus, feudi repetitionem non habet.

Sed actor filius tempore alienationis nõ dum fuit natus. Ergo:

Actor feudi repetitionem non habet.

Ad hanc exceptionem actor replicando similiter rectius & apertius respondere nequit, quàm aut negando maiorem uel minorem syllogismi propositionẽ, aut rursus distinguendo. Quæ omnia cum præcedentibus Dialecticorũ constãt authoritate: quæ quidem in disputandi & iudicandi ratione potior haberi debet, quemadmodum Iurisconsultorum authoritas in iure: quoniam cuiq; in sua arte est credendum. Quàm ridiculũ ergo sit, pluribus articulis propositis, singulariter singulis (ut hodie in iudicijs fieri solet) respondere, alijs æstimandum nunc relinquo.

IIII.

Iudex nisi statum controuersiæ in iudicando obseruauerit, certò pronunciare non potest.

SI ergo prædictis modis in disputanda causa procedatur, peruenitur tãdem ad aliquid in quo partes inter se confligunt: quando scilicet aduersarius ad id quod propositum est, non distinguendo, sed simpliciter negando respondet, affirmatq; alter. Nam tunc confligunt partes inter sese: ex qua conflictione oritur quæstio, quem statum uocant, in quo tota consistit controuersia: quem nisi in iudicando iudex obseruauerit, nihil certò nec constanter de iure causæ potest pronũciare: quemadmodum nec aduocatorum disputationes certæ esse possunt, nisi statu isto ad quem dirigantur, proposito. Quod enim meta currentibus est, & scopus iaculatoribus: id aduocatis in disputando, & iudicibus in iudicando; est status causæ. Quemãdmodum igitur illis nulla meta nec scopo proposito, currere & iaculari stultum est: ita etiam nec aduocati de causa disputare, nec iudices iudicare, nisi statu proposito (sine summa stulticia) queunt, eosq; in uarios induci errores necesse est.

V.

Causa non in personis, nec temporibus, sed in genere uniuerso à iudicibus consideranda est.

HOc paradoxon satis declarat atque confirmat apud Ciceronem Antonius, cuius uerba suprà de Ratione iudicandi libello inseruit: quò Lectorem breuitatis causa remitto.

VI.

Dilatio amplius quàm semel dari non debet.

MEritò hoc inter Paradoxa nunc numeratur: quoniam ut nunc se status iudiciorũ nostrorũ habet, incredibile uidetur, actorem articulatũ suum libellum, reum contrà suam exceptionem & articulos defensionales, actorẽ rursus suam replicationem, reum duplicationem sine singulari duorum uel trium mensium dilatione conficere posse: ut interim taceam de probationibus & confutationibus. Quid, quòd concluſa disputatione, iudex etiã trium uel quatuor annorum dilationem sibi sumit ad pronunciandum? At legibus cautum est, amplius quàm semel dilationem dandam non esse, aut ad summum bis, idq; ex magna causa, *a* nec nisi probationũ causa: ut puta, si instrumẽta ex aliqua prouincia sunt adferenda, uel testes producendi. *b* Nunc in singulis causis plus quàm uiginti dilationes dari solent, eaq; ex causis plerunq; leuissimis: ob hoc solùm, quòd iudex iudicandi artis sit ignarus.

a l.7. & l.10. ff. de fer. itẽ l.1. §. fin. C. de dilationibus.

b Nouel. 1. c. 115. §. sed & hoc item. l.1. & l.2. C. de dila. & l.45. in prin. ff. de iudic.

FINIS.

BASILEAE, EX OFFICINA
IOANNIS OPORINI, ET HÆREDVM IOANNIS
Heruagij, Annó Salutis humanæ M. D. LXV.
Menſe Septembri.

BIBLIOTECA
UNIVERSITARIA
DE
GRANADA